nemo bonus inquit eiuſmodi patrocinio indiget: Ariſtogitonem ſycophãtam athenienſes damnatũ uinculis coercebant. Is oratum Potionem mittit: ut paululũ uelit ad ſe uiſendũ accedere. Aſſenſus Photion: cũ hãc eius fœlicitatem ſui dãnarent (erat. n. ſceleſtus Ariſtogiton flagitioſuſq;) atq; illum conarent̃ ab itinere iam cœpto deflectere: Sinite ĩquit. Nã ubi locoꝝ iocũdius q̃ ĩ carcere ariſtogitonẽ uideri? Nec minore fuiſſe beniuolentia: quã auctoritate & fide apud urbes ĩſulaſq; ſocias ferunt. Nã ſiquãdo claſſis alio duce Athenis emitteret̃: ſocii oẽs nõ tã amicos illos q̃ hoſtes rati: loca oĩa aduentãtibus eis occludere: portus molibus aggereq; munire: liberos uxores armẽta mãcipia in urbẽ ex agro cõpellere: ut nihil loci illoꝝ rapinæ libidiniq; pateret. Aſt ubi photionẽ audiſſent claſſis eẽ p̃fectum: longius oẽs nauibus obuiã ire ſertiſq; coronis omniq; læticiæ ſignificatione illum excipere: urbes uillas portus domos deniq; ipſas uacui aĩo patefacere. Tãta de illius erat ĩtegritate & cõtinẽtia apud oẽs mortales exiſtimatio: Ea tẽpeſtate renunciatũ athenisẽ, Philippũ traductus in Euboiã ex Macedonia copiis urbes aliquot allectis ſibi prĩcipum aĩs primo ſtatĩ aduẽtu occupaſſe: Tum plutarchus Eretriens legatos athenas mittit: q oppræſſe a macedone ĩſulæ opẽ efflagitent. Placuit mitti auxiliũ & p̃fici huic expeditioni Photionẽ. Cum parua igit̃ militis manu (ſpẽ. n. in eretrienſium uiribus & fide locarat) in Erethriã extẽplo traiecit: ubi cũ oĩa offendiſſet infida ꝓditiõibus auroq; uænalia: in magnũ reꝝ deſcrimẽ uenit. Tunc locis oĩbus oculo ac mẽte luſtratis tumulũ tãdem cõſpicit paululũ ex una ualle ſurgentẽ: equo patebat ĩ planiciẽ q̃ circa tamina eſt lõge lateq; ꝓſpectus: eo cũ ĩſigni robore militum ipſe cõceſſit. Nã ignauus qſq; qbus ad pugnandũ deerãt uires uel frigebat aĩus loci ac reꝝ deſperatiõe ꝑculſi caſtris ꝓfugerãt. Quoꝝ diſceſſu ne diffidãt: neue rẽ gerãt ſegnius duces q aderãt ſecum: hortat̃. Fugaces. n. illos ſi cum hoſte cõſerẽdũ fuiſſet: nõ mõ nõ utiles: uerumetiã forti cuiq; ac ſtrenuo impedimẽto fore dicebat. Secum dum hæc crebri de aduẽtu hoſtium afferunt̃ nuncii. Tum Photion militẽ cõtinuo curare corpora & arma capere iubet atq; armatos ꝓ caſtris qeſcere quo ad ipſe rẽ diuinã abſoluiſſet. In eo igit̃ paulo diutius ĩmoratus: ſeu qa nõ cito rite litaſſet: ſeu quo ſimulato metu ꝓpius hoſtẽ allicere: ſociis ignauiæ ac deſidiæ ſuæ ſuſpicionẽ iniecit. Ergo plutarchus Photionem pugnã detractare ratus: ſignis temere motis ĩpetum ĩ Macedonas cũ ꝑegrino milite fecit. Poſt hunc eqtatus oĩs ĩcondito turbatoq; agmĩe nõ minori temeritate q̃ clade in hoſtẽ ruit. Prius itaq; facile ꝓfligatis cæteriſq; ſubĩde fuſis diſſipatiſq; Plutarchus & ipſe tãdem pedibus turpiter ſaluti ſuæ cõſulit. Macedoniã ꝓpe debellatum ratus uallum cum parte copiaꝝ adorit̃ cõtinuo: qđ dum excindi oĩ conatu parat̃: Photion peractis iter ĩ ſacris atticũ militẽ magno ĩpetu in hoſtẽ ĩſtructum emittit atrox ꝓ uallo init̃ p̃lium. Multa Macedonum cædes edit̃ reliqui fuſi fugatiq;: Inde Photion receptui iã ſiſtiq; ſigna ĩperat: ut ſuos lõgius hoſtem inſectatos & peregrinum priore ĩpetu paſſim diſiectum colligeret: collectos ĩ ordinem diſponeret: diſpoſitoſq; uniuerſa dimicatiõe in hoſtem educeret. Igit̃ cum aciẽ ꝓ loci ac tp̄is opportunitate ſtruxiſſet: Hoſtium caſtra pede citato petit. Ingens ibi de ĩtegro pugna oborit̃: utrinq; diu eſt dimicatum ſicuti cruento Marte ita & incerta ſpe ancipitiq; uictoria ĩgentẽ Macedonũ ſtragẽ edidere Thalus Cedei filius & Glaucus polimedis ante ipſum ĩperatorẽ inſtructi. In primis tamẽ Deophanis uirtus ĩſignis eo die & clara fuit: Nã ut primum fœdã equitum ſuoꝝ fugã agnoſcit: ĩpreſſis equo calcaribus ſingulos ut poterat adiens hortari monere. Præcariq; ne plus pedibus q̃ manu fiderent: neu exercitum ac ĩperatorem in ſummo laborantem diſcrimine fœde deſererent. Niſi redierĩt: oẽs ſuorum copias pariter cum attica dignitate caſuras. Si ſteterint: ſalua omnia fore feſſum iam & facile inclinaturum hoſtem eſſe. His uerbis mutatus eques: cum animos recepiſſet in hoſtẽ a fuga conuerſia afflicto pediti rebuſq; labentibus & opẽ & uictoriam attulere. Secũdũ hãc pugnã photion ex Erethria plutarchum exegit. Zaretra deinde oppidum locum ſibi peropportunum occupat: in ea inſulæ latitudo preſtringitur: ubi coercentibus utrinq; fluctibus in anguſtum protracta inſulæ latitudo p̃ſtringitur. Gyrecos captiuos manu omnes emittit: ueritus ne ſi in athenienſium cõſpectũ ueniſſent: plæbs oratoriis ſtimulis concitata in eos animaduertiſſet crudelius. His ita geſtis reuectus athenas photion ingens ſui deſideriũ ſociis ipſe reliquit: & athenienſibus magno cum ſuo malo breuiter more prædicere quanta ĩ eo uiro uirtus quantus eſſet rerum uſus atq; præſtãtia. Nã Moloſus ĩperio ſubrogatus Photion uſq; adeo infœlici rẽ geſſit euẽtu ut amiſſo exercitu ipe uiuus in Macedonum uenerit poteſtatẽ: Qua uictoria elatus philippus ingẽti plenus ſpe continuo in Heleſpontum infeſtum traducit exercitum: ratus uno ſe impetu Cherõnenſi perinthii ac Biſanthii potiturum. Terruit athenienſes eiuſce profectionis nuncius: & eos hinc ſociorum fides illinc ſuum periculum impulit: ut auxilium mature dubiis rebus afferrẽt. Carethem itaq; populus nõ tam ſuo merito q̃ oratorum ambitione & ſtudiis partium huic expeditioni præficiunt. Is magna cum claſſe profectus nihil huic periculo aut apparatui par effecit: quin tantum ab ulla ſociis ope ferenda abfuit: ut ſua illum libido & auaritia cunctis mortalibus æque ſuſpecta ab omni ꝓrſus ſocialium urbiũ ingreſſu excluſerit. Cæterum errabundus amicorũq; rapinis ac præda locupletatus: & apud hoſtes contẽptui & formidini odioq; apud ſocios fuit: at uero plæbs oratoꝝ icẽſa facibus ĩ ſocios cœptrar ob ſuũ ſpretum imperatorem iraſci pœnitereq; auxilii. Quod Bizantiis nuper miſerant. Cõtra photion plæbis indignationem lenire innocentiã ſocioꝝ defendere: Nihil eſſe præter ducis libidinẽ & perfidiã accuſandũ. Nõ tã oportere non credentibus ſociis q̃ imperatorii iure non credito ſuccenſere: ducum tantũmodo uitio atticum nomẽ iam eſſe amicis omnibus iuiſum atq; horrendũ. Nihil cauſæ eſſe quamobrẽ ſocii in tanto rerum & ſalutis ſuæ diſcrimine ſibi traditã opem aſpernarẽtur: ſi modo potuiſſent ſeſe & ſua imperatorum fidei tuto cõmittere. Sociorum ſalutẽ minime omnium rerum oportere negligi cum qua ſalus eſſet athenarum quoq; cõiuncta: in hanc ſentẽtiã multa cũ grauiter & ſapiẽter diſſeruiſſet: populus mutatis animis ĩperatorẽ photionẽ deligit ad opẽ ſociis ĩ heleſpõto matur̃ ferẽdã. Iubetq; claſſem ad eã rẽ parari de ĩtegro.

Fuit ea tempeſtate photionis nomen illuſtre magnumqꝫ. Nec fama tamen uirtus fuit in ea expeditione inferior. Eius enim p̄ſentia maximū ad tuendā Bizantiū momentū tulit. nā Dion uir ī urbe illa & genere & uirtute facile prīceps photioniqꝫ uſqꝫ ab academia neceſſitudīe & familiaritate deuinctus: cū Bizātiis ꝓ cōtinētia & ītegritate ducis uadē ſe p̄ſtitiſſet: haud ſunt illū oppidani paſſi extra mœnia caſtra tenere: ſed apertis portis inuitū ꝓpe & ſola modeſtia reluctantē cū oī milite læte ac ꝑiucunde excipiunt. Atticus miles ſub aliis ducibus & rapax ante & ꝑfidus nunc ſub photione Bizātiis paſſim īmixtus ſeſe nō mō in oī uita moderatū & integrū uerumetiā ob habitā ſibi fidē in arcendis hoſtibus oīqꝫ abeundo labore & acrē in primis & in pigrum ꝓbuit. Macedo potiundi Bizantii fruſtratus ſpe: cōtentus Heleſponto ceſſit. Neqꝫ ad inferendū mō bellū ſed ne ad ꝓpulſandū periculū ſatis idoneus habitus. Atticus iterim aliquot ex Philippi captis nauibus: nonnullis inſup cum ſuis p̄ſidiis urbes in p̄tātem redegit & crebris diſſenſionibus hoſtiles agros igni ferro oīqꝫ depopulandi genere ꝑuaſtauit: quoad acceptis ab hoſte uulneribus recipiendā Athenas claſſem exiſtimauit. Haud multopoſt Megarenſes clam nuncios ad photionē mittunt: q ſe Athenienſibus dedi paratos: ſi cū p̄ſidio mature aduenerit polliceant̄. Veritus ille ne a Boetiis (ſi id ꝑſciſſent) Megara p̄occuparetur: poſtridie ubi primū illuxit: cōcione habita cū ea ꝑfecto populo placuiſſet: cōfeſtim a cōcione tuba cani capiqꝫ arma e ueſtigio iubet. A megarēſibus itaqꝫ ꝑhumane exceptus Niſeā cīgit muro & duabus alis ab arce ad nauale deductis urbē mari iungit: ut ab oī terreſtri īpetu tuta munitaqꝫ Athenīēſibus ſemꝑ pateret a mari. Iā cū Philippo eo inimicitiaꝝ uentū erat: ut bellū nō clam aut dolo ut ante ſed manifeſtis animis & uiribus gereret̄. Athenienſes ei bello duces deſignarant abſente Photiōe: q ubi primū e Megaris pedem ī urbē retulit: ſummopere populū conatur ab armis abducere: ſuadet ut de pace cū hoſte agatur: cum eam & ipſe Macedo uideretur uehemēter expetere. Huic ſentētiæ magno ſtudio aduerſatū ferūt ſycophātam quēdā eoꝝ: qui circa ilieam ideſt Athenis tribunal uerſari ſolebāt: Eūqꝫ ut nimiam Photionis licentiā exprobantē ita dixiſſe. Tu ne o Photionis homo es: qui populū Athenīēſem audes conſulto iā captis armis in hoſtē ruentē retrahere? Audeo īquit ille: atqꝫ id quidē & uolens & prudēs facio tametſi plane ītelligo in bello me tibi in pace te mihi imperaturum. Demoſthenis autē uicit oratio. Elegantior certe q̃ fœlicior: ut bellū .ſ. cum Macedone q̃ longiſſime ab atticis finibus gereret. Qua in re Photiō per deos īmortales inquit Viri Athenienſes: ubi pugnetis: ſed quo pacto uincatis inſpicite: uictoribus enim bellū undecūqꝫ abeſt longiſſime: uictis autē & ſi multū hoſtis abſuerit: proximū eſt omne periculū accepta igit̄ pauloPoſt a philippo clade factioſi & rerum nouarum cupidi curæ demū ſumme rerum præfici uolebāt. At optimus quiſqꝫ cuiqꝫ plus in ſalute publica q̃ in delictu & gratia penſi erat: accito in urbem ariopagi cōſilio plæbem ſupplices lachrymis & prece orare: ne labēti patriæ in tanto rerū diſcrimine deſint: neu uelint facinoroſoꝝ ciuiū libidinē ſuæ liberorumqꝫ & coniugum ſaluti præferre. Photionē unum eſſe ex omnibus cuius exploratæ iampridē fidei uirtutiqꝫ ciuitatē in tanta tempoꝝ difficultate tuto cōmittant. Vicit itaqꝫ ambitionē & gratiam periculū īminens: ut urbis .ſ. īperium ad photionē deferretur is inito magiſtratu de pace cum uolēte Philippo agendum putauit. Tulit itaqꝫ rogationē Demades pacē eo dūtaxat pacto factū iri. Vt athenienſes & ipſi haberēt quas eſſet reliqua Græcia cōditiones cū Macedone habitura: unaqꝫ pax eſſet cum reliq̄ Græcia pacis conditio. Refellebat eam ſententiā photion: ſtultum eſſe aſſeuerans incertis & alieno arbitrio ſtatuendis cōditionibus pacem firmari. prius eſſe intelligendū quidnā ſibi philippus a cæteris græcis expeteret. Superior fuit tempoꝝ ac morum iniquitate Demades: pace itaqꝫ facta cū populū animaduerteret photion ſui iam ſero pœnitere cōſilii (nā & equitatum & maritimas copias Macedoni mitti ex fœdere oportebat) iſtæc īquit ego uobis initio metuens tantopere Demadis cōſilio aduerſabar. Voſqꝫ ut par erat animo hæc ante proſpicere. Nunc uero quoniā ita uobis cū philippo cōuentum eſt: & in fide manēdum cenſeo. & æquis hanc ſortē animis eſſe ferendā. Sic maiores noſtros accepimus: nunc īperādo nūc parēdo in utraque fortunæ uiciſſitudine ſapienter fortiterqꝫ uerſatos: nō modo urbē hanc noſtrā ſed & reliquā Græciā cōſeruaſſe. Nunciata interī philippi mors eſt: & ob id plæriſqꝫ placebat publica ſacra feſtoſqꝫ ludos diis īmortalibus pro fœlici hoc fauſtoqꝫ nuncio perſoluendos. Refellebat hanc ſententiam photion ignobilis ac demiſſi animi eſſe affirmās ciuitatē ampliſſimam & belli gloria uiribuſqꝫ florentem manifeſto gaudio petulantius exultare: quia tātæ hoſtiū in Cheronia copiæ uno dūtaxat eēnt hoīe īminutæ. Admouerat Thebis īfeſtū exercitū Alexander. Hunc ſæpenumero cū Demoſthenes priuati publiceqꝫ maledictis inſectaretur: photionē ei dixiſſe tradunt homericū illud: Deſine iā demēs ſæuū ſtimulare leonem: Gloria quē torquet regniqꝫ īmenſa cupido. Vis ne hanc urbē tāto tāqꝫ urenti rogo iniicere? Aſt ego: cui ſeruādæ tātæ ciuitatis cura cōmiſſa eſt: nuſq̄ eos ciuis audiri patiar: qui ſeſe alioſqꝫ cæci & īprudentes ꝑditū ire ꝑgunt: Captis deīde Thebis: Alexander Demoſthenē Lycurgū Hiperidem & Charidemū ſibi ad ſupplitiū dedi flagitat: & Thebanos qui ꝓfugerāt. Hæc cū ad populū eſſent relata: uniuerſi ī photionē unū ora oculoſqꝫ cōuerterāt. Qui ut ſententiā diceret nomine ſæpius appellatus: exurgens tandem accitoqꝫ ad ſe Nicode quo nec amore ſibi nec cōſuetudine quiſq̄ fuerit carior ita uerba facit: Hi quos Alexāder uictor efflagitat uiri Athenienſes ciuitatē noſtrā ī hoc periculo cōpulerunt. Quod eqdē ꝓſua magnitudine tanti exiſtimo: ut Alexadro ſi uel hunc meū Nicodē ſibi depoſcat: uitandi publici periculi cā continuo dedendum cenſeam. Mihiqꝫ ipſi ſi pro ueſtra patriæqꝫ ſalute lux iſta relinquenda ſit ſumma medius fidius incomparabileqꝫ fœlicitatē me conſecutuꝝ putari. Mouet me inſup nōnihil eoꝝ miſericordia: quos erūnis de formatos uidemus deletis Thebis in noſtrā fidē unicū ſibi portū cōfugiſſe. Iā ſatis eſt uiri Athenienſes iā Græciæ ſatis ē: unas Thebas earumqꝫ excidium deplorare liceat uobis illarum exemplo de capite & fortunis noſtris cōſulere. Ego neqꝫ hos calamitoſos ꝓfugos negligendos duco: atqꝫ multo maxīe publicā ſalutē ī tāto reꝝ diſcrimīe paucoꝝ

gratiæ præferendam arbitror. Victoriqꝫ quoniá ita noſtra ſors tulit:ita pericula poſtulát:gerere moré ma/
ſim ꝗ pugnádo ſimul uniuerſa fortũæ cõmittere. Primũ igiť Pſephiſma miſſum ab Atheniéſibus fama é:
Alexandrũ contẽnenté abiecíſſe:ſtatimqꝫ uertenté ad legatos terga ꝑ contumeliá abiiſſe. Id ipſum uero ſe/
cũdo ꝑ Photioné ad ſe delatũ ꝓhumane admiſiſſe:a maioribus natu admonitũ Photioné ob eximiá eius
laudé & uirtuté a Philippo ſemꝑ ſingulari honori habitũ. Quæ igiť ille negationis noíe petiiſſet: in his fa/
cilem ſeſe Alexáder exoratũqꝫ p̄ſtitit:& priuatim nõ eius mõ uſus eſt familiaritate cõgreſſuqꝫ:uerũetiá cõ/
ſilio & ſnía. Ná cum a photiõe q̄ſiſſet:qđná potiſſimum í uita ſibi cẽſeret agendũ:cõſuluiſſet primus oíum
diciť:ut arma exercituſqꝫ dimitteret:ſi tranqllitaté ſibi ſecuráqꝫ expeteret uitá. Sin uero gloriá noíſqꝫ cele/
britatem:í barbaros quos ei natura fecerat hoſtes:nõ in græcos uires ſuas uirtutéqꝫ explicaret. Multos p̄te
rea fertur ad eius ígenium íſtitutũqꝫ accõmodatos ſermones habuiſſe. Atroceſqꝫ iuuenis aíos inflexiſſe:&
ab Athenienſiũ odio í beniuolentiá ita traduxiſſe:ut ꝑ photioné Atheniéſes monuerit:rebus ſuis ita ꝓſpi/
cere:ut ſiqđ ſibi cõtigiſſet aduerſi:Græciæ íperium uendicarent. Eũ ſibi priuatim & hoſpité fecit & amicũ
appellauit. Cui honoris tãtum auctoritatiſqꝫ tribuit q̄tum nemini ferme oíum quos apud ſe habuit unq̃.
Ná Duris hiſtoricus Alexádrũ tradit poſtea ꝗ ꝓfligato Dario magnũ ſeſe cognominati uoluit: nulli mor/
taliũ in epiſtolis dixiſſe ſalutem p̄terq̃ photioni Antipatroqꝫ:quos duos honoris cá ſemꝑ initio litterarum
ſaluere iubebat. Hoc ipſum & Chares regꝝ ſcriptor memoriæ ꝓdidit. Fama eſt p̄terea Alexádrum ex Aſia
centum photiõi talenta dono miſiſſe:atqꝫ photioné ut erat auri minime auidus nuncios q ad ſe illa detule
rant rogaſſet:quidná eſſet cauſæ q̄obrem ſe unũ Alexáder íter tot claros p̄ſtátiſqꝫ Athenis uiros donádum
potiſſimũ delegiſſet:Reſpõdétibus illis qa te unum ex oíbus uiꝝ bonum & honeſtũ iudicat. Sinito igiť i/
gt q̄lem me iudicat talem & eſſe & uideri ꝑpetuo. Illi domũ photioné ſubſecuti ígreſſiqꝫ:ubi domeſticá ui
ri pauptatem íſpiciũt:ædes uidelicet uacuas pinſenté uxoré:& illũ ſibi lauádis pedibus aquá hauriété: hæc
inq̃ ubi cõſpiciunt:ut pecuniá accipiat rogát íportunius:indignum eé dicétes regis amico eidéqꝫ primario
in oí gŕa uiro uitá uſqꝫ adeo obiectá & inopé eſſe. Cõuerſus tũ photion:cũ medicũ quédam ſenem uideſſet
ſordido amictu p̄tereuntem:illos rogat num minoris ſe exiſtimarét ꝗ iuſtum:p̄cátibus ut diceret meliora
atq paucioribus inqt ꝗ ego uiuit ille:cui ſat eſt q̄tulũcunqꝫ quotidianus labor adiiciat. Deſinite igiť me fru
ſtra obtũdeŕ. Ego.n.argétũ í caſſum ſumpſero ſi ſumpſero ꝓ eius amplitudie nõ utar:ſin uero utar:digná
ego cũ rege ipſo íuidiá & ſuſpitioé nõ euitabo. Nuncii ꝑſpecta uiri cõſtantia ad regé cũ auro redeunt oém
uero Græciá celebris eiuſce rei fama ꝑuaſit atqꝫ ꝑ diſputantiũ philoſophoꝝ ſcolas ícrepuit q̄ſtio:uter eſſet
ditior. Is ne qui aurum obtuliſſet. An qui in ſumma auri egeſtate auꝝ cõtempſiſſet. Indignatus Alexander
munificentiá ſuá photiõis frugalitate & cõtinentia ſuperatá lõge plura mittit de íntegro:illud adiiciens ami
cum neminem ſibi putare q ab ſe nõ accipiat. At photiõ cũ nihilo ſegnius hoc auri reſpuiſſet:ne regis tamé
uidereť aſpernari liberalitatem ꝓ auro petit:ut Ecrecatidem ſophiſtá ſimulqꝫ Athenodoꝝ imbriũ duoſqꝫ
íté Rhodios Sparatoné & demaratꝝ uículis ſolueret:quos uariis accuſatos criminibus ſardibus coercuerat.
Hos Alexander cõtinuo carcere liberatos dimiſit. Et pauloante ꝗ e uita migraret ꝓditũ eſt íperaſſe Crathe/
ro í Macedõias uenié̃ti uti ex q̄ttuor his Aſiæ urbibus Chio Gregito Milaſſis & Eleaminis deligédæ pho
tioni faceret optioné:adiiceretqꝫ:ſi oés ille repudiaſſet:graue id admodũ & ꝑmoleſtũ ſibi futuꝝ. Nec tamé
potuit uel muneris amplitudo uel dulcedo ſumédi hois continétiá & pectoris firmitaté labefactare. Extát
adhuc in Melita Athenaꝝ uico photionis ædes æreis adornatæ laminis:alioquí parce & nullo ſplendore
aut luxu elaborate. Geminas eum habuiſſe uxores lr̃is mádatũ inuenio:primá Cephi ſedoti figuli ſororé:
eáqꝫ nulla íſigni laude celebratá. Alterius uero pudicitia modeſtiaqꝫ hađ minus illuſtris ꝗ uiri uirtus Athe
nis fuit. Aiũt.n.cum ad ſpectádas nouas tragœdias frequés populus í Caueá conueniſſet:unũ ex Tragœdis
reginæ perſoná ítroducturum a Meláthio ludoꝝ præfecto cum plures petiiſſet ancillas cultu magnifico
exornatas:& cum Melanthius tot ſe datuꝝ negaſſet:iratum Tragœdum í theatrum noluiſſe ꝓcedere. Tũ
præfectus Tragœdo ui ꝓtracto í medium quáta potuit uoce clamauit:Vides ne íprobe hoíum uxoré pho
tiõis unica cũ ancilla muliere ſemꝑ ꝓdire í publicũ iá nimiũ íeptus es:nimiũ muliebri faſtui tribuis:corrũ/
pis exéplo tuo Atheniéſiũ matronaꝝ mores & modeſtiá. Hæc a Meláthio dicta ígéti plauſu ab oí theatro
excepta ſunt. Ferunt.íſuꝑ nobilé quádá mulieré genere Ionicá Athenas ꝓfectá cũ í uxoris photionis amici
tiá ueniſſet:aureos illi torques uariiſqꝫ gémis diſticta monilia mũdũ ſui corporis obſtẽtaſſe. Tũ illa meum
uero íquit ornamentũ eſt photion Athenienſium iá uigeſimũ íperator filiũ ei photion noíe fuiſſe ꝓhibét.
Is cum plurimũ cuperet equeſtré certare ludum:qué Apobaté Attici uocát:ꝑmiſit pater nõ:tá uictoriæ de
ſiderio ꝗ ut adoleſcétis corpus lõge prius uſu & labore exercitũ robuſtius & agilius reddereť ut illũ ludoꝝ
delectatiõe pellectũ a priori uita ſi fieri poſſet abduceret. Erat.n.ítéperás photius & uini ímoderatius appe
tés:potitus é adoleſcés uictoria uniqꝫ ex æqualibus ſuis cũ tamen id plæriqꝫ oés peterét:parédi ob uictoriá
epuli munus tradiť Cœnæ itaqꝫ tpe photiõ ſtratis iá tricliniis ueniens: cũ plæraqꝫ offendiſſet paulo delica
tius ſplẽdidiuſqꝫ parata:í primis aruiſia uina uario mixta aromate pedibus lauádis appoſita:Quid ſinis in
quit o photi architriclinũ hunc tuá hoc luxu fœdare uictoriá:intéperátiá uero filii cũ nulla poſſet arte adi/
genuos mores tráſferre. Lacedæmoné illũ tádé íſtituendũ adducit:& í adoleſcẽtium locat ordinem quem
agogem græco uocabulo nuncupát. Viſa eſt ea res atheniéſiũ animos incendiſſe: arbitratos atticá dignita/
tem atqꝫ doctrinam ſummis ubiqꝫ laudibus celebratá ſperni cõtemniqꝫ:quod grauiſſimus hõ idemqꝫ pri/
marius ciuis peregrinam diſciplinam illorum moribus pertuliſſet. tũc Demadé ita photiõi locutũ aiunt.
En quid ꝓhibet o photion:quo minus populo athenienſi in aíum inducamus:ut laconiá diſciplíná in hác
ciuitaté excipiát. uelintqꝫ patrios mores ad illoꝝ formá & íſtitutũ traducereť me ꝓfecto ſi eadem tibi mens

eſt & ferendæ & ſuadendæ legis principem fore polliceor. Quid ni feras & ſuadeas Photion inquit: q̄do q̄/
dem nemo te magis eſt ad eiuſmodi laudādā legē idoneus. Nā tibi uni maxime oīum ciuitas iure credide/
rit hōi unguētato & Myrtū undiqꝫ redolēti: quoue nemo uideri cupiat aut ī ueſtitu ſplendidior aut domi
lautior aut in oī luxus genere delicatior. Tibi inq̄ ciuitas iure crediderit cū de frugalitate de continentia de
neglecto corporis cultu de labore de uigiliis de paupertate de duriſſimis deniqꝫ Lycurgi legibus earumqꝫ
laudibus diſputabis. Ea tēpeſtate Alexāder triremes ex fœdere ſibi debitas ab Atheniēſibus poſtulabat: ei
poſtulatiōi rhetores Attici magno ſunt ſtudio aduerſati: Tū Photion iuſſus ſnīam ſuā diceret. Ego inquit
uobis aut armis uincēdum ſentio: aut uiſtoribus plane ob tēperandū. Piteas hō tunc nouus erat: & nuꝑ in
rēp. cum largiēdo tum populū blande ſalutādo aſcitus. Cuius cū quotidiana dicacitate cōciones obtunde/
ret. Photion inqt tacebit ne unq̄ hō hic nouus: & populi Atheniēſis emptitius. Harpalus ab Alexādro fu/
giens cū igēti auro ex Aſia Athenas traiecerat. Ad hūc certatī cōtinuo cōfluit magna ciuiū uis: auri magiſq̄
hoīs amore cōpulſi. ī primiſqꝫ oratores: & hi q q̄ſtum ex pulpito faciebant. Hos Harpalus exigua largitiōe
pellectos facile ſibi empticios effecit. Vbi uero Photiōis quē ante oēs beneficio ſibi deuictum cupit. Integri/
tatē conſtantiāqꝫ itelligit: ualidiori ræte ad huiuſmodi aucupiū opus eēt ratus: ſeptuaginta illi dono talēta
mittit: oratqꝫ ut ſeſe ſuaſqꝫ fortunas ī fidem & clientelā accipiat. Indignatus Photion ad nuncios uerſus au
ferte. Iſtæc inqt hoīum improbiſſimi: meoqꝫ noīe mærorē & luctum renunciate Harpalo: niſi a corrūpen
da ciuitate manū abſtineat. His uerbis ſibi metuēs Harpalus neminē deinceps auro ē oppugnare adortus:
pauloqꝫ poſt plane ꝑſpexit plus ſibi ex largitiōibus detrimenti q̄ cōmodi cōparaſſe. Mox. n. cū de illo apud
populū ageret: eos oīs quos donis labefactare ut ſe ſumpti auri ſuſpitione eximerēt. Suæ cauſæ palā aduer/
ſos habuit. Cōtra Photion haud minus ueritatis cultor q̄ eiuſmodi criminationis itrepidus: Harpalū apte
defendere: affirmare tanti uiri nō eſſe ſalutē aſpernandā e rep. Se putare ut ille uitā Athenis degens ciuita/
tis tēporibus ſi caſus dederit præſto adeſſe poſſit. Harpalus his auditis gratiā Photioni quoquomō referre
conatus: ubi hoīem uidit oī undiqꝫ explorato aditu uelut minutiſſimā arcē donis inexpugnabilē ſtare: ad
eius generū Charidē ſeſe cōuertit: hominē ſicut igenio paꝝ itegro ita cito ī malā famā ex Harpali cōſuetu/
dine lapſum. Harpalus itaqꝫ multa Charidē familiaritate cōplecti. Ei ſe ſuaqꝫ oīa facile credere. Siqd facto
conſultoue opus eſſet eius opera & ſnīa potiſſimum uti. Feruntqꝫ mortua Pitonica nobili ſcorto: q̄ Har/
palus amore iſano deperibat: cōdendiqꝫ magno ſumptu ſepulchri curā Charidi Harpalū tradidiſſe: Erat
ea procuratio genere ipſo abiecta & ſordida: & ignominiā auxit ipſius tumuli tenuis & mētito ſumptu mi
nime reſpōdens ornatus extat. n. adhuc ſepulchū illud ſecum in heremo: qua ī Eleuſinā ex urbe eſt iter: in
quo nihil oīno conſpicitur dignum triginta talētis cū tot Charides reddita ipenſæ rōne ab Harpalo exegiſ
ſiſſet. Harpalus deīde morbo oppſſus naturæ tandē cōceſſit: eius filia quā Pitonica partu ediderat ī Photio
nis Charidiſqꝫ tutelā relicta: & diligēter ab his & ꝑhumane educata ē. Et cū Charides male adminiſtratæ.
Harpalianæ pecuniæ accerſitus reus fruſtra oraret ſoceꝝ: ut ſuæ cauſæ patronus adeſſet. Ego te Photioni
honeſtis tātū ī rebus geneꝝ mihi adſciui. Alexādri mortē Aſclepiades primus oīum Athenis renunciauit.
cui Demades credendū eē negabat: qa tanti odore cadaueris primo die impleri orbē terræ par fuerit. Cum
uero populū uideret photiō res nouas moliētē. ſurgētes motus oī ſtudio cōpeſcebat: tumultuoſum: quēqꝫ
accedebat: hortabat: ut certiorē huius mortis nūciū expectarēt. Et cū multi tā ignari ueritatis q̄ nouādaꝝ
reꝝ cupidi ꝓ cōcione clamarēt Aſclepiadē uera dicere: photiō ait: Si hoc hodie ueꝝ ē: & cras erit & ꝑpetuo
deīceps ueꝝ. Quare ꝑ deos imortales uiri Atheniēſes uos oro: ne præcipites ī noua ruamus cōſilia: ſed gra
uiter tuteqꝫ ita de rep. ſtatuamus: ut noſtri poſt hac conſilii nō pœniteat. Ea tēpeſtate Leothenis erat athe/
nis ampliſſima auctoritas. Is ad iferenda reliquæ Græciæ arma populū quotidianis ſtimulis concitabat: q
cum photionem ſibi aduerſantem per contemptū rogaret: quidnam totiens iperator reip. ꝓfuiſſet: haud
parum equidem photion ait: qui ciues meos ut ꝓpriis tumulis conderentur: effeci. Huic quoqꝫ ſuꝑbe mul
ta & uarie de ſe iactanti. Sermones inquit tui cupreſſo ſunt plane ſimiles: nā magni ſunt & nullos fructus
ferunt. Et cū exurgens Hyperides ſic photionem interpellaſſet: Quo igitur tēpore gerēdum a nobis bellū
cenſebis? Tunc inquit cum milites uidero ſuos ordines non deſerere? diuites libenter tributū conferre: &
oratores a peculatu penitus abſtinere Leoſthenes igitur dux tandē ei bello præfectus cū igētis copias coe/
giſſet: & multi mortales eū numeꝝ tū militis ornatū admirarēt: rogatus photiō q̄lis ſibi ille exercitus uide
ret: belle me Hercules inqt ad ſtadiū decurrēdū iſtructus: lōgiorē uero belli curſum expaueo: q ciuitati no
ſtræ itelligo neqꝫ naues neqꝫ militē neqꝫ pecuniā ī ſupplemētū ſupereſſe. Quibus uerbis paulopoſt atteſta/
tus eſt ipſe rerum euentus: Vt primum enim ē eductus exercitus ſecundo Marte pugnatum eſt. Boetii col
latis utrinqꝫ ſignis ꝓfligati. Antipater ī Lamiā fugatus & cōcluſus. Ea pria fortūa ciuitatē non minori ſpe q̄
gaudio inflatā extulit. Ludi ꝑ urbē paſſim inſtituti. Tēplis oībus & delubris ſupplicia gratiæqꝫ diis bene fa
uentibus habitæ: inter hæc nōnullos ferūt a qbus photiō de mouēdo bello diſſenſerat eū exprobrādi gra/
tia rogaſſe: nunqd hæc uellet nō eueniſſe. Quibus ille minime qdem iqt: nec me ꝑpea cōſilii pœnitet mei.
Et cum frequētes e caſtris nūcii ſup aliū alius ꝓſpeꝝ aliqd quotidie nūciarēt: nūq̄ ne inqt finē his uictoriis
faciemus? Mortuo in ea expeditione Leoſthene ueriti quidā ne photion ſi illi ſubrogaret: bellū ī pacē uer/
teret: hoīem quēdā adornāt: ſicut ignobilē fama & genere ita pulchre ad mētiēdū iſtructū. Hic dū ipatoria
hērent comitia. exurgēs ait: ſe teneris ab annis photionē nō uulgariter delexiſſe: primāqꝫ pueritiā ſub eodē
ꝓceptore & reliq̄ deīde ætatē ſecū familiariter exegiſſe: Se cū beniuolētia tū illius uirtute adductū de ſalute
hoīs ſollicite cogitare. Tanti uiri uitæ ac laboribus eſſe parcendum. Illum anguſtioribus reip. temporibus
ſeruādum: cui neqꝫ ſimilē ciuitas neqꝫ proximū quenq̄ hēret: abunde idoneū eē antiphilū: q huic iperator

bello præficiatur.His cōmentis cum populum in ſuam ſniam traduxiſſet:accedens ad eum Photion.Ego
te inqͭ nulla ætate cōdiſcipulum nulla familiarē aut cognitū habui.At amicum ex hoc die ꝑlibēter accipio
quē ītelligo quaq̄ rōne adductū & cōmodis & ſaluti meæ cōſuluiſſe.Athenienſes ira ꝓciti arma uidebātur
in Boetios eē moturi.Cæpit Photion ꝑ id tēporis īperator īcenſe multitudini primū obſiſtere Tūc nōnul/
li eius capiti metuētes illū hortari:ut ab īcepto deſiſteret:cædē ei paratā eſſe ſi in ſane plæbi ſemꝑ aduerſus
cū illius ira & furore pugnauerit.Quibus Photiō iniuria equidē pareā ſi ꝓ ſalute reip.certās cecidero.Si ue/
ro cōtra iure & magno meo occumbā merito.Aſt ubi uidit nihil ſe cōſilio aut uerbis ꝓficere:populūq; fu/
rentē ī bellum & arma ruere:aſtu illos cohibēdos ratus:q̄primū edici ꝑ ꝓconem iubet:oēs q intra ſeptua/
geſimū annum ac pubertatē eēnt:ſtatim dimiſſa concione armatos affore:ſumptoq;.v.dieꝝ cōmeatu ſeſe
cōfeſtim ī Boetiā ſequi.Ortus cōtinuo tumultus ē.Nā hi quos iam ætate cōfectos īualidū corpus ipſaq; na
turæ lex emeritos fecerat.edicti crudelitatē acrius īcuſabāt.Quibus Photion qd hoc ītemperiaꝝ eſt?qd nā
ego iniuriæ uobis facio:ſi & ipſe octogenarius ī armis adero?hac ſi qdem arte mutatos illos a belli impetu
ad qetē ociūq; traduxit.Sub idē tēpus nunciatū ē:Mitionē cū frequēti Macedonū manu multoq; itē mer/
cenario milite orā maritimā crebris excurſionibus deuaſtare:& ad Rānuſium uſq; ꝓgreſſum oī belli clade
adiacentē agrum ꝑuadere.Tum Photiō rapti coactos educit copias Macedoni q̄ celerrime occurſurus.Ca/
ſtris itaq; ītra cōſpectū hoſtiū poſitis:cū plæriq; ex ſuis aliūde alius ad eū cōcurrerēt: atq; officio uelut īpera
torio functi dicerēt.Hic qdē ꝓximū eē tumulū pedite occupādū: ille macedonē eqte circūueniēdū:alius ali/
unde hoſtē adoriēdū ſtomachatus tādē o Hercules iqͭ:ut multos hic īperatores hodie uideo:ut paucos mi
lites:Suis deīde ī aciē explicatis unū ex militibus uidet relicto ordīe aliqto lōgius ī hoſtes ꝓdire.Hic deinde
cōſpecto Macedōe q acer ī armis ſibi pugnaturus occurrerat pedē metu referens ſe cōtinuo in priſtinū locū
recipit.Tū Photiō nū te inqͭ hoīum ignauiſſime bini iā deſerti ordinis pudet?nā & quē īperator tibi decre
uerat:& quē tute tibi locū delegeras reliqſti Cōferto itaq; ꝓlio breuiter moræ ꝓfligatum hoſtē lōge lateq;
diſiecit.Fuit ea uictoria cū ipſius Mitiōis tū alioꝝ nobilū cæde īſignis.His ita geſtis Leōatus accitis ex Aſia
Macedonibus:græcas quoq; copias in Theſſalia cum Antipatro iungit.Pediti præerat Antiphilus:Mēnon
Theſſalus equiti.Hos Photion cruento Marte ſuꝑatos fudit.Cecidit ī eo prælio Leonatus infeſto telo acri
ter dimicando traiectus.Secūdū hanc Cratherus cū ingenti militū ui ex Aſia traiecit in græciā Cū eo quo/
q; īſtructis copiis in Cranone pugnatum ē.anceps diu certamen fuit.Ceſſitq; tādē græcus uiribus aliquāto
inferior: Haud magna tamen accepta clade:paucisq; ferro abſumptis:quanq̄ græci paulopoſt in antipatri
poteſtatē ſua culpa redacti ſunt.Tū ob cōtēptos ab ſe duces:quos nec ætas nec rerū uſus nec gubernādi peri
tia īperio dignos fecerant tū etiam ob ipſoꝝ ignauiam:qui ut antipatrum uiderunt:ſuis admotum mœni
bus uano metu perterriti & urbes & libertatē periter tradidere.Poſthæc antipater infeſto agmine athenas
petiturus uidebatur.Tum Demoſthenes Hiperideſque capitis metu ex urbe ceſſerunt.Erat ea tempeſtate
Demades & ſenatu & omnium publico eiectus munere:cui neq; comitiisītereſſe neq; ulli cōſilio publico
tunc licebat quia pecuniam qua illū athenienſes mulctauerāt:ſepties eni falſi dānatus fuerat: nondum ſol/
uerat ob inopiam.Is igitur priſtina ſibi ob iniquitatem temporum uſurpata licentia tulit ad populū ut le/
gati ad antipatrum de pace acturi cū imperatoria poteſtate mitterentur.Plæbs metuens ad Photionē ſtu/
dioſe cōfugere:eius opē & conſilium implorare:illi uni ſuam patriæq; ſalutem comittere.Quibus Photiō
ſi mihi creditum inqͭ eſſet:tunc cum ocioſis uobis conſulebā:haud nunc profecto tumultuantes cōſulere
tis cui potiſſimum uos ueſtraq; credere debeatis.Cum demadis ergo ſententia populo placuiſſet.Pphotiō
omnium conſenſu legatus ad antipatrum mittitur.Hic tunc in Thebano ſtatiua habebat:reficiendo ar/
mandoq; militi intentus:ut inde in atticum agrum irrumperet.Photion primus omnium ab antipatro
petit.Vt atticis finibus quoad agatur de pace abſtineat.Cratherus iniuſte id ad Photione peti dicebat.Ne/
gabat enim prudentis eſſe aut boni imperatoris exercitum ex ſocioꝝ agris atq; opibus alere:quem tuto li
ceat hoſtili præda paſtum locupletare.Tum antipater apprehenſa legati dextera:danda eſt īquit hæc Pho/
tioni noſtro gratia.Inde cum de pacis conditionibus eſt conuentum.Athenas rediens photion ubi populi
cōſenſu firmata ſunt omnia Thebas cōtinuo aliis cum legatis emittit:Hoꝝ principem conſtat Xenocratē
fuiſſe philoſophum:cuius de uita moribus uirtuteq; tanta fuit mortalium ea tempeſtate opinio:tāta noīs
apud omnes famæq; celebritas:ut uulgo crederetur nullum eſſe hoīs tam crudelem nullū ita feꝝ & cōci/
tatū animū:quē nō uel ſolus Xenocratis conſpectus ad manſuetudinē ſuiq; uenerationē & amorē traduce
ret:Sed fefellit hanc hoīum opinionē ingrata quædā Antipatri & bonis infeſta malignitas.Nā cæteros le/
gatos humane cōplexus hūc unū nō dico non ſalutare ſed nec aſpicere quidē ſuſtinuit.Tū Xenocratē bene
ſecū agi dixiſſe ferunt:ſi ſe unū Antipater ſuæ in Atheniēſes īgratitudinis & perfidiæ uereat̄ teſtem.Eū de
īde dicere incipiētē taceret tādem cū obſtrependo:tū aduerſando & cōminitādo coegit photion itaq; cum
poſt Xenocratem ſuæ ciuitatis cām peroraſſet:Antipater in amicitia ſe populi Athenienſis manſurum re/
ſpōdit.Permiſſurūq; ut ibi patriis legibus uiueret̄:ſi Demoſthenes ſibi & Hyꝑides dederent̄:ſi itē illi e rep.
excluderent̄:qui nihil ubi opus erat cōferrēt ī publicū:ſi ſuū præſidiū in Munichiā hoc ē in Athenaꝝ arcē
accipiſſent:ſi deniq; abſumptā eo bello pecuniā acceptaq; dāna reſarcirēt.Has cæteri legati cōditiones læto
excipiunt aīo.At Xenocratē dixiſſe fama ē:Seruis illas adeo belle modeſtas fore:liberis uero ſicuti duriſſi/
mas ita & repudiādas oīno.Cū aūt photiō oraret Antipatꝝ:ut arcē uellet eiuſq; præſidiū ī Athenienſium
manere poteſtatē:nonnulli Antipatrū ita reſpondiſſe tradūt:Volumus equidē oīa tua gr̄a facere his exce/
ꝑtis q̄ aut tibi ꝑniciei:aut nobis ꝑiculo uenire poſſint: q̄q̄ alii non hæc dixiſſe ſcribūt Antipatrū:ſed rogaſ/
ſe photionē:uellet ne uades eſſe pro Atheniēſiū fide & cōſtātia:ſpōdereq; populū ſi arcē illi & præſidiū re/

ſiquiſſet in pace ſuaq; amicitia permanſuꝝ nihilq; tumulti poſthac cōtra ſe excitaturꝝ. Tacente photiōe &
repetenti hæc uerba Antipatro nihil p̄terea reſpondente:Carabū quēdam ꝓcacem hoīem & libertatis ho
ſtem accerrimū proſilientē dixiſſe tradunt.Et ſi ſpopōderit hic:ei ne credes antipater?athenienſes itaq; ac/
cepere p̄ſidiū:cuius fuit p̄fectus Menillus homo & īgenio miti & Photioni neceſſitudīe iunctus.Viſa ē no/
biliſſimæ ciuitati triſtis nimiū & ſuperba ac īſolens ea cōditio:nec tā ad antipatri firmandā potentiā q̄ ob/
ſtentādæ licētiæ inferēdæq; cōtumeliæ cā excogitata.auxit aūt hoīum luctū atq; mærorē tēpus ipſum Nā
ad.xiii.Kl.nouēbres ī arcē eſt accepta cuſtodia:quo.ſ.die magnoꝝ myſterioꝝ athēis agebant̄ ſolemnia:&
Iachus hoc eſt liberpater in Eleuſinā ex urbē tranſmittebat̄.Igitur hæ deoꝝ immortaliū cerimoniæ haud
minori græcoꝝ celebritate q̄ ueneratione cōfici ſolitæ:cum armoꝝ ſtrepitu tumultuq; militari cōfunde/
rent̄:plurimoꝝ occaſioni fuere mortalibus:ut extinctū clariſſimæ ciuitatis ſplendorē: obrutāq; dignitatē
lamētis & fletu conquererent̄.Exactā ſuperioris æui fœlicitatē cum p̄ſenti calamitate cōferebant. Repete/
bant aīo myſticas illas & uoces & uiſiones:quas melioribus reipublicæ tēporibus incredibili admiratione
ſtuporeq; uel ipſi athenaꝝ hoſtes excipiebāt:ut deoꝝ numina tunc uiderētur id ipſi ex oī terraꝝ orbæ ca/
riſſimū domiciliū delegiſſe:nūc uero deos ipſos uelut iratos ueniſſe ſpectatū græciæ miſerias atq; ruinam:
& q̄ſi exprobrata ſup̄iore fortuna nūc ignominiæ cā ſanctiſſimū ex oībus & iocūdiſſimū cōtaminaſſe diē:
ut q lætiſſimus eēt antea appellatus nūc mutato noīe miſerabilis mæſtuſq; & ſibi & poſteris diceret̄. Me/
moriæ uero ꝓditū ē:paucos anteq̄ hæc eueniſſent annos.Dodonides oraculū atheniēſibus edidiſſe:quo cō
ſulebāt arcē Palladis ab externis uiribus diligētiſſime cuſtodiri.Itē ꝑ eos dies ferūt:q̄bus euenerūt hæc ui/
ctas myſticis īſulis circūuolui ſolitas mutato colore atras ex puniceis uno tēporis puncto factas:cū priſtinū
tamē colorē reliq̄ oīs priuata ſupplex retinuiſſet:& ſacerdotē aiunt cū ꝓcellū trāquillo ī portu lauaret: Ce/
the de repēte emergens ab imis corporis partibus ad uentrē uſq; deglutiiſſe. q̄ſi dea ciuitatē hoc uoluerit
monuiſſe ꝓdigio:ut ſup̄iores urbis partes maritimis inferioribuſq; amicis cuſtodirent. Menillus milites
quos ſecū in p̄ſidiū duxerat:ab oī ꝓrſus iniuria ita cōtinuit:ut nihil triſte atheniēſibus ītulerit ea conditio.
Eos q ex fœdere ob īopiā & egeſtatē e ciuitate ſunt eiecti ſupra.xii.milia fuiſſe tradūt quoꝝ pars ī urbe ma
nētes hac noua dehōeſtati cōtumelia ſpectaculo mortalibus erāt:pars relictis patriis lariin Traciā migraue/
re:ubi cū agrū illis Auti parer & urbē definiuiſſet:quodā īcluſi uelut carcere uidebant̄.indignus aūt Demo
ſthenis ī calabrya Hypidiſq; apud Cleonas īterritus:de q̄bus alio diximus loco Alexādri Philippiq; ne dū
extinxit odiū:ueꝝ etiā deſiderium excitauit:licuitq; Atheniēſibus id tunc dicere q̄d agricolā quēdā ī Phry
gia dixiſſe cōſtat.Nā poſtea q̄ trucidato Antigono:occiſores eius reꝝ potiti oī genere iniuriaꝝ mortales ſi/
bi ſubiectos affecerāt:agricola q̄dā agellū fodiēs rogatus q̄dnam faceret:Ego ſuſpirās inq̄t Antigono q̄rito.
Hoc ipſum licuit ꝑ id tēpus Atheniēſibus dicere:cupere.ſ.ſe philippū Alexādrūq;.Meminerāt.n.q̄tus fuiſ/
ſet in regibus illis ſplendor animiq; maieſtas:quāta rerum geſtarum gloria:quātum in omni regia uirtute
lumen atque præſtantia:quos tametſi hoſtes ſibi iratoſq; habuiſſent:fuiſſe tamen illorū ut in animo cæl/
ſo generoſoq; facilem iram atq; placabilem.Contra uero Antigoni truculentum & crudele imperium eo
erat omnibus durius:quo aſpectu fœdo deformiq; ſordido & populari amictu uictu parco planeq; uulga
ri regis ſpeciē ac dignitatem mentiebatur. At qui photion precatus antipatrum complures exilio ſoluit:
multiſque item eorum unus agnonides ſycophanta fuit:effecit ut peloponeſum habitare liceret.Neue ut
cæteri Græcia eiecti ad incolendum Ternarum aut Ceraunicos ſaltus relegarētur.Interea photiō ciuitatis
cura ſuſcepta eos qui ingenio fuiſſent miti & urbano magiſtratibus honeſtabat.Seditioſos & nouæ fortu/
næ cupidos quos:nec impoſitū iugū nec ablata calcitrandi licentia ſatis edomuiſſet:ad telluris & agrorum
colendorum curam ſtudiumq; conuertit:Xenacratem uero ex inquilinorum ordine cum ī ciuiū numeꝝ
transferre uellet:nunquam inquit ille committam: ut eius ciuitatis appeller ciuis quæ ne talis fieret:omni
diligentia legatus elaboraui. Cum uero Menillus photioni pecuniam dono miſiſſet:reſpōdiſſe illum tra/
dunt.Alexandro Menillum eſſe preſtantiorem:neque honeſtiorem nunc eſſe ſumendi occaſionem a quo
etiam maiora repudiant.Cum autem a Menillo eam ut photio filio ſumendam permitteret: rogaretur:
photius inquit filius ſi uitam & mores compoſuerit:uiuet ille quidem paterna hæreditate contentus ſi ꝓ
digus ut eſt impuruſque perſtiterit:nec argentum hoc ſatis futurum ſcio.Antipatro autem iniuſtum q̄p/
piam ab eo per nuncios flagitanti non habebit me inquit & amicum pariter & aſſentatorem Antipater.
Antipatrum quoq; plærumq; dicere ſolitum accepimus:duos athenis ſibi eſſe amicos:photionem Dema
demq;:quorum alteri nunquam potuiſſet ut caperet ſuadere:alterum nunquam potuiſſet largiendo ex/
plere.Paupertatem etenim photion quaſi præcipuum aliquod uirtutis decus & argumentum excoluit:q
Athenienſium totiens imperator tantam opulentiſſimorum regum beniuolentiam conſecutus:omnem
tamen ætatem pauper diuititiis contēptis exegerit.At uero Demades ingentes diuitias ſicuti quæſitas tur
piter:ita luxurioſe diſiectas ꝓfudit:in quo nō neceſſitas nō rō nō honeſtas ſed ſola libido modum ſumpti
bus ſtatuebat.Qui ſibi laudem ex īpenſis nō modo turpibus uerūetiā patria lege uetitis quæritabat.Nam
cū Athenis eſſet lex:quæ peregrinum uetaret publicis ludis in theatro ſaltare:& mille dragmaꝝ mulcta ī/
diceretur ludi præfecto:qui ſaltatorē eiuſce īduxiſſet.Demades cū ludos ipſe pararet:pœna nihilominus
q̄ legis ueneratione neglecta centū & eo amplius magno undiq; ſtudio conquæſitos aduenas ſaltatores in
theatꝝ admiſſit:mellenaſq; ꝓ ſingulis exoluit drachmas:Demeæ uero filii nuptias regio ſplendore para/
uit:quibus cū ita filio locutū accepimus Matris tuæ nuptias o Demea uix uel uicinorū quiſq̄ ſenſit: Cum
ducebatur:cum tuæ nunc & principibus & regibus celebratæ ſunt.Cupiebant uehementer Athenienſes
Macedonū leuari præſidio:Photionemq; propterea importunius ea de re agitabant: quaſi is unus eſſet

cuius dignitati ac beniuolētiæ id ab Antipatro facile donaret.Photion ſiue cōſequendæ rei deſperatiōe ꝑ
territus:ſiue id qđ arbitror:populū ratus modeſtiorem hoc metu qetioremq̃ ī ciuitate futuꝝ nullis addu
ci ꝑcibus potuit:ut id muneris uellet accipere.Tributū uero ut ī aliud differrunt tēpus libens ab antipatro
impetrauit.Populus a Photiōe conuerſus ad Demadē:facile illi ſuadet:ut ꝓ auferendo ꝑſidio legatus ꝑfici
ſcat.Demades ſumpto ſecum Demea filio in Macedoniā uenit:facto quodā tunc ut uidet eo ꝓfectus:quo
tēpore lætali ualitudine Antipater tenebat.Nam Caſſander cuius erāt primæ partes apud Antipatrū:De
madis ad Antigonum litteras nuper īterceptas habebat:quibus illū ex Aſia ad occupandū Græciā iam ue
lut ex putri ueterēq; filio pendentē accerſebat:Antipatrū.ſ.filiū putre ꝑ cōtumeliam appellans. Caſſander
ubi primum iſtuc uētum eſt:parentē natūq; iubet prehendi.Primus Demeas intra paternos ſinus carnifi
ci iugulum dedit:ita ut Demades cruore nati fœdatus flebile cunctis mortalibus ſpectaculū fuerit. Ipſum
deinde patrē multiplici affectum cōtumelia & proditorē īgratumq; ſæpius uocitatū tandē crudeliter tru
cidauit.Antipater moriens Polypercontē īperatorē cōſtituit:tribunum uero militū Caſſandrū:hic regeui
ta functo:ī ſpē occupandaꝝ reꝝ eletus:omni ſublata mora Nicanorem pinde ac Manillo ſuffectum Athe
nas mittit:qui Munichiam anteq̃ Antipatri uulgaret mors:ab illo recipiat.qđ cum ceſſiſſet e ſententia:pau
lopoſt re patefacta:Photionem populus īſimulare:quaſi ille Nicanoris gratia cognitā Macedonis mortem
ſilentio cōtexiſſet:Photion populari leuitate neglecta Nicanorē nihilominus cōueniēs ī longam diem ſecū
tracto ſermone:beniuolum eū mitēq; Atheninſibus reddidit:a quo etiā ut theatricos ludos ad leniendū
mærorem populi multo ſumptu & ſplendore īſtrueret:īpetrauit.Secundū hæc Polypercon cui relicti filii
curā liquerat Antipater:dolo & aſtu cū Caſſandro agendū ratus:epiſtolā regis noīe Athenas mittit:qua ſe
illos ſcribit priſtinæ reſtituere libertate.ꝓmittereq; ut more patrio ueteriq; lege ciuitas gubernaret. Eo cō
ſilio inſidias Polypcon ſeſe Photioni parare credidit.Nā cū cōſtituiſſe aīo Athenas in ſuā redigere poteſtatē
nihil ſe non eiecto Photiōe conſecuturū putauit.Photionē autem facile ꝑditum iri ſi eiecta ex fœdere cum
Antipatro paupertas ī ciuitatē reciperetur:& ſi factioſi & populares remp.nanciſcerētur de integro. Igitur
cum motus ob haſce litteras excitarentur Athenis:uidereturq; plæbs ad res nouandas plurimū inclinata:
Nicanor populi colloquiū petēs:imperium coacto ibi ſenatu præteriit:ſeſe corpuſq; ac ſalutem ſolius Pho
tionis fidei tradens.Dercillus īterea quē regis noīe Attica tunc regio præfectū habebat:īſidias Nicanori pa
rat:ut eo capto Caſſandri deinde ꝑſidium Munichia eiiciat.Præſenſit dolos Nicanor:& ī Munichiā pmit
tente Photione ſeſe repente recipiens:cum Dercilli fefelliſſet inſidias:putabat:ulciſcendæ iniuriæ gratia ad
uerſus urbē cōfeſtim arma moturus:ꝓptereaq; Photionē uulgo īcuſabāt q; Nicanori fugiēdi fecerit pote
ſtatem Cōtra Photion ſeſe aiebat ſecuꝝ omnis periculi eſſe:& Nicoris ꝓmiſſis ita fidere:ut ex eo nihil ꝑe
nitus ſperaret hoſtile.Quod ſi ſecus ac ipſe putabat eueniſſet:male ſe tamē acceptæ q̃ illatæ iniuriæ & pige
re & reū eē.Hoc ſi Photionis dictū ī ſe nudū cōſideres:uidebit illud profecto honeſti cōſtātis & fidelis ani
mi imaginē plāe referre.Sinautē ad patriæ cōuertas pericula:memineriſq; illā nō hominis priuati:ſed ſum
mum gerētis magiſtratum uocē fuiſſe:neſcio an paulo ſeuerior illa fuerit:q̃ uel patriæ pietas uel magiſtra
tus iura uel neceſſitudo ciuiū poſtulabat. Nā quod Nicanorē ꝑmiſerit Munichiā repetere:nō id fecit quia
ciuitatē ſuſpicaret in manifeſtū bellū īpigere ſed amicitiæ iura datāq; a ſe Nicanori dextrā ſuo huic crimi
ni ꝓtēdebat:arbitratus qetuꝝ illū ꝓmiſſæ ſibi pacis pudor nihil tumulti nihil īiuriaꝝ atheniēſibus illaturꝝ
Aliis eteni argumētis plane ꝑſpectū ē:Photionē illi lōge plus æquo crediddiſſe:quē cū palā plæriq; crimina
rent:q; Pyræo pararet īſidias: trāſmitteretq; ꝑegrinū militē quotidie Salaminā & multos itē pyræi acolas
auro ſibi cōciliaret:nō adhibuit aures photiō:falſas eas eē calūnias arbitratus.Quin & philomedē Lāpreū
cōtēpſit:q eiuſce ſuſpitiōis metu ad populū tulerat:ut oēs arreptis armis ad īperatoris ſignū ꝑſto eēnt:nul
la.n.ratiōe abduci potuit:ut quæ is Nicanor contra ciuitatē moliebat:accōmodaret aīum:quoad ille e mu
nichiā īpetū cū armatis faciēs foſſam pyræo uallūq; circūduxit.Tū photiō tumultuātē populū fruſtra co
natus educere:& odio & cōteptui oībus erat.Dū hæc ita gerunt polypercō Alexādꝝ filiū cū īgēti armatoꝝ
numero mittit ī ſpeciē qdē ferendæ Atheniēſibus opis cōtra Nicanorē:re aūt ad ſubigēdā ſi poſſet urbē īte
ſtino iā morbo lāguētē:Fauebāt ei exules ferme oēs qbus ſuo iā beneficio reſtitutis ciuitate frui licebat:fa
uebat egenoꝝ turba:q reip.ꝑ illū rediti eo potiſſimū pacto relaturi gratiā uidebant.Cōcio igit ex oī mor
talium colluuione cōgeritur:inqua eiecto magiſtratu photioni nouos īperatores ſufficiunt.Nec Athenæ
hoc unq̃ periculi effugiſſent:ni crebri clādeſtiniq; Nicanoris cū Alexādro cūgreſſus ꝑp mœnia ſæpius dep
hēſi illoꝝ patefeciſſent cōcordiā:& Atheniēſes eius periculi cautos reddidiſſent.Secundū hæc photion re
us ꝓditiōis accuſante agnonide accerſit.eo metu pterriti picles & Chalimedō clā ſe ex urbe ſurripiūt pho
tiō & ipſe relicta urbe ad polypercōtē ſe cōfert cū paucis:cū qs & Solō plateenſis & Dinarchus Chorinthi
us ſunt ꝓfecti ambo polypercōti neceſſitudine & familiaritate coniuncti Cæteꝝ Dinarchus morbo Mela
thea correptus cū plurium dieꝝ morā itineri illoꝝ adiecit.Hoc interī ſpatio rogationē tulit Archeſtratus
ſuadēte agnonide populoq; ꝓbāte:ut q photionē accuſarēt:legati ad regē cōtinuo mitterent.Eodē tēpore
& ipi legati & photion polypercōtē pegre cū rege ꝓfectū aſſequunt ad pharigas:is ē phocidis uicus ī radi
cibus mōtis poſitus:quē Galatā nūc uulgo appellāt.Ibi polypercō aurea umbella poſita cū ſub illa ſedētē re
gē cōſtituiſſet.Dinarchū cōtinuo cōprehēdi iuſſum uariis affectū ſuppliciis iugulat.Deīde legatis Atheni
enſiū poteſtate dicēdi facta:in ipſo ſtati cōſenſu tumultuari & mutuis accuſationibus cōclamari ceptum:
Tum Agnonides mittite nos inquit Athenas omnes & uinctos & una concluſos cauea:Vbi de cuiuſque
ſupplicio populus decernat ac ſtatuat. Eam uocem in riſum regem ſoluiſſe fertur.Macedones autem &
peregrinos quos audiendi Deſiderium traxerat: Huic conſenſui de induſtria circunfuderat. Fuit in eo

iudicio partiũ periniqua conditio nam Photioni dicere ꝑgenti ſæpius obſtrepens Polypercon:baculo tan/
dem tellure percuſſa abactum illũ ſilere coegit.Hegemonẽ uero ſuæ in populũ fidei & beniuolentiæ poly
percontis teſtimoniũ ĩplorantẽ cũ illi Polypcon reſpondiſſet iratus:ut deſineret ĩprobe de ſe corã rege mẽ
tiri:ꝓſiliens rex pilo trãſuerberaſſet:ni Polypcon illũ extemplo cõplexus cohibuiſſet:Eius tumultus cauſa
ſolutus cõſeſſus eſt.Tum Photion & q ſecum aderãt lictoribus cuſtodiendi traduntᷣ Reliqui eius comites
quos melior fortuna tũc forte abſentes fecerat:mutata ueſte capiteqꝫ uelato cuſtodias mentiti ſalutẽ ſibi fu
ga cõparauerunt.Illos itaqꝫ Cletus uinctos reduxit Athenas:nõ tam ut aiebat ꝙ de illoꝝ criminibus iudi/
cato ſtatuereᷣ:ꝗ ut capite plecterentᷣ iniudicati.Fuit id ſpectaculũ cunctis mortalibus & mæſtum & miſe/
rabile uiros illuſtrium factoꝝ omniſqꝫ laudis gloria ꝓcellẽtes:latronũ more cõpeditos plauſtriſqꝫ iniectos
per Ceramicum:id erat ſcortoꝝ diuerſorium ſpectante populo in theatrum ꝑuehi:quos ubi Cletus igno/
miniæ cauſa tãdiu detinuit:ꝙ ex omni hominum labe concio a magiſtratibus aduocata a qua non manci
pium nõ peregrinum nõ lenonem nõ perdidiſſimum deniqꝫ quempiam excluſum fuiſſe ferunt.Sed uolẽ
ti cuiqꝫ & theatrum & pulpitum patuiſſe.Hic regis ꝓ concione recitãtur litteræ:in qbus manifeſto ſe reos
proditionis illos deprehendiſſe ſcribit.Populoque Athenienſi iudicandi facere poteſtatem:Quippe qui li/
ber iam & ſuis legibus uiueret.His lectis cum Cletus eos detraxiſſet ĩ medium:optimus quiſque crudeli/
tate facinoris miſericordiaque perculſi faciem uelare:oculos a tam truci flebiliqꝫ ſpectaculo prohibere:ſo/
lem nihil uſquam crudelius nihil uidiſſe indignius affirmare.Fuit inter hos qui ſurgens in media concio/
ne dicere paulo liberius auderet ſeruum ſaltem eſſe & peregrinum quemqꝫ eo cõcilio abigendum:regem
iudicandi arbitrium populo permiſiſſe:non ut nefarie iniuſteque:ſed ut legitime rite ſancte de ciuium ca/
pite ſtatueretur.Huic uoci plæbs inflammata obſtrepit:conclamat aduentaſſe iam diem:quo hanc pauco
rum potentiam funditus deleri oporteat:perdendum eſſe quicunque multitudinem oderit rem atticam
alio iam pacto ſtare non poſſe.Ad ea cum nemo deinceps reſpondere auderet.Photioni ipſe inter furentis
turbæ tumultum & uoces uix auditus.Nũquid nos inquit iure an iniuria necari par ducitis?Illis uero iu/
re clamantibus quonam modo igitur inquit de inauditis iure decernitis?& cum nihilo tamẽ attentius au
diretus:procedens paululum ego ĩquit me capitis reum profiteor:pro his que in republica & geſſi & ſæpe
conſuli.At iſtos o uiri Athenienſes quid eſt cauſæ quamobrem nihil uobis iniuriatos occidatis? Cui cum
reſpõdiſſent:quoniam tibi amici ſunt ſecedens Photion tacitus quieſcebat.Tunc Agnonides Pſephiſma re
citat iampridem ab ſe conſcriptum eius hæc ferme ſententia:Populus hos ſi reos obiecti criminis iudicarit
capite plectuntur.Hoc audito fuere nonnulli tãta immanitate animi ſæuitiaque: ut pſephiſmati id unum
deeſſe dicerent:Photionem ſcilicet non ante necari quam uariis eſſe cruciantibus & tormentis afflictis iu/
bebantque induci rotam inſpectante theatro & ipſos cum flagris & ſecuribus carnifices expediri. Agno/
nides ſeu ꝙ id ægris auribus a Cleto auditum aduertit:ſeu quia facinus ipſum & barbarum & crudele ni/
mium exiſtimauit:cum callimedontem inquit maſtigiã o Athenienſes dãnabimus:tũc ea ſupplicii crude/
litate ſæuire licebat: ĩ photionẽ uero nihil tale laturus ſum.Hic quẽdam ſummiſſe dixiſſe tradũt: Recte fa
cis Agnonides:nã ſi excruciabiᷣ Photion tibi qd faciemus?poſt hæc cũ ad ſcrutandã ſniam populi circũdu
cerẽtur urnulæ:nullis ut ĩ euerſa concione ſedentibus quibuſdam etiam coronatis:ut plecterentur capite
iudicatum eſt:Fuere cum photione damnati Nicocles tudippus Hegemon & pithocles . Demetrium ue/
ro phalereum callimedontem charidem alioſqꝫ nonnullos q forte tunc ab erant & hos mortis decernunt
reos.concione demiſſa:cum damnati in cuſtodiam ducerentur:cæteri quidem inter poſtremos amicoꝝ
familiariumque complexus fletu & lamentis miſere complebant omnia : At photionem cerneres eodem
oris habitu incedentem:quo domum olim ſolebat imperator a concione reduci.Nec minorẽ admiratio/
nis quam miſericordiæ occaſionem uiri uultus & geſtus animiqꝫ cõſtantia & magnitudo mortalibus affe
rebat.aduerſarios tamẽ eius tanta fuiſſe animi attrocitate tanta crudelitate & impudentia dicitur:ut obui
am interducendum ſæpius facti certatim illum probris & maledictis inceſſerent:auderetque ex his unus
ſputis eius ora fœdare.Tunc photion ad magiſtratum conuerſus:cohibebit ne quiſpiã inquit hodie huius
hominis petulantiam atque ineptias?Atqui Tudippocum hic iam tritum poculoque ĩfuſum uenenum
conſpiciens horruiſſet:fleretque calamitatem hanc &crudelis iudicii indignitatem:accedens ꝓprius pho/
tion:num te ſolatur inquit quod iam eſt cum photione moriturus?Rogatus ab amiciſ ſiquid photio filio
nomine ſuo dici uellet:Volo equidem inquit ne ſilicet illatæ mihi ab Atheniẽſibus iniuriæ reminiſcatur.
At cum ab eo peteret Nicocles is.quem fideliſſimum ſemper omniumque cariſſimum habuit:ut priori
ſibi liceret haurire uenenum:durum id mihi quidem inquit o Nicocles moleſtumque:tamen & hoc tibi
concedendum eſt:cui nihil nunquam in omni uita negandum putarim.Igitur cũ & reliqui omnes pocu/
lum priores ſumpſiſſent:defeciſſe uenenum diciᷣ:Carnifex uero ſe aliud niſi duodecĩ prius acceptis dra/
chmis daturum negabat:tanti enĩ untiam uenire aiebat.Tum photion ubi hominem uidet in propoſito
ſtantem:ne morti fieret mora ex amicis unum aduocans:quãdo quidẽ ĩquit niſi empta nece emori Athe
nis non licet huic quæſo præciũ dato.Erat tunc Munichiõis mẽſis undeuigeſimus dies quo tẽpore eque/
ſter ordo ioui ſolẽnẽ afferebat põpam. Hoꝝ pars ĩ ſpeciẽ luctus coronas auferrẽtes pars flendo ad carceris
fores cõuerſi:eo pacto præſtantiſſimi & innocentiſſimi ducis interitum ornauere:Nec mortalium quiſꝗ
fuit ĩ quo non fuiſſet aut feritate naturæ aut iræ aliaqꝫ acerbitate penitus:extĩcta humanitas:qui non ĩpiũ
& nefarium duxerit diẽ illum ſanctiſſimum ſemper & populo Atheniẽſi ſacrum atqꝫ ſolennẽ hoc publico
piaculo fuiſſe pollutũ:& caſtas per id ſaltem tẽporis manus a tam ĩpio ſcelere non ſeruaſſe.At eius inimi/
ci:quorum nondum erat in uiuum ſatis explicata crudelitas:mortui quoqꝫ corpus atrociter inſectati ſunt

Illud enim nullo prorſus igne ſuccenſo : nullo funeſto lumine:Nulla denique non honoris modo: Sed ne
humanitatis quidem ſignificatione atticis exportari finibus edixerunt. Diciturque ex illius familiaribus
neminem eius corpus contingere auſum. Sed Cympionem quendam curandis funeribus quæſtum face/
re ſolitum mercede accepta in Eleuſinam deportaſſe cadauer.Ibique igne ex agro megario ſumpto id cō/
cremaſſe.Indignam uero mulierem cum ancillis aliquot inane ibi conſtituiſſe ſepulchrum:atque diis ma/
nibus unbræque Photionis in ferias parentaſſe.Hanc ipſam tradunt collectos cineres gremioque recondi/
tos intra domeſticos lares tellure defeſſos ſepeliuiſſe dixiſſeque:Ego uocis cari penates innocentiſſimi uiri
reliquias cuſtodiēdas trado uos illas patriis laribus ſiquádo reſipiſcant Athenæ redditote. Nec multo poſt
cum res ipſæ edocuiſſent:qualem Athenienſes præſidem qualem reipub.omniſque iuſticiæ perdidiſſent
cuſtodem:ſtatua illa ærea iuſſu populi conſtituta eſt:eiuſq; inuentæ reliquiæ publicis ſumptibus tumulo
ſunt mandatæ. Accuſatores autem eius Agnonidem quidem capite damnatum iteremunt:epicurum ue/
ro Demophilum urbe profugum Photionis filius proprio telo eſt ultus. Photius intemperans perdituſq;
puellam ad lenonem quempiam eductam miſere deperiſſe dicitur:eumq; Theodorum atheum forte ali/
quando audiuiſſe in liceo huiuſmodi ratiunculam concludentem:Si amicum alere honeſtum eſt & ami/
cam utique haud turpe.Itemq; ſi cum ſocio uiuere fas eſt:& cum ſocia iuxta fas fuerit.Quæ cum ſuſpicare/
tur Photius exprobrande libidinis ſuæ gratia a Theodoro fuiſſe inducta: conſcientiæ & culpæ ſuæ pudo/
re perculſus:ſcortum continuo miſſam facit.Hæc ſunt quæ in Photionis uitam congerenda putauimus:
cuius ſane interitus luctuoſam Socratis memoriam excitauit i ambos enim ſicuti pari Athenienſium in/
gratitudine ita nec diſperi Athenarum incommodo animaduerſum eſt.

CATONIS IVNIORIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

CATONIS GENVS PRINCIPIVM DIGNITATIS ET GLORIAE SVMPSIT a pa/
uo Catone uiro in primis claro magnæque auctoritatis:ut a nobis in ipſius uita ſcriptum
eſt:Relictus eſt autem cato parentum orphanus una cum fratre cæpione & ſorore porcia
erat & ſeruilia catonis ſoror ex matre & hi omnes apud Liuium Druſum auunculum ſu/
um uirum & eloquentia & ſapientia preſtantem:qui per id tempus princeps ciuitatis erat
educebantur:Ferunt autem ſtatim a pueritia conſtantiam & ſeueritatem Catonis conſpi/
cuam fuiſſe Vim náque habebant ultra ætatem eius incepta:adulántibus aſper: terrentibus aduerſus: tar/
dus ad riſum:ut uſq; ad ſignificationem duntaxat os eius reniteret:idq; perraro. Ad iram non facile labens
ſed cū i eam deuenerat:implacabilis. Ad magiſtros autem diſciplinaſq; delatus in addiſcendo quidem tar/
dus erat:quæ uero ſemel didicerat:memoriter retinebat.quod in cæteris quoq; natura fit:ut qui celeri in/
genio ſunt non multū memoria ualeant qui uero cū labore percipiūt:hi ſunt perceptoꝝ tenatiores. Videt̃
autem ipſa inflexibilitas mentis cauſa fuiſſe.ut Cato in addiſcendo tardior eſſet Nam paſſio nimirū quæ/
dam eſt diſciplinā & ut quiſq; infirmior eſt ad reſiſtendum:ita facilius in ſentētiá trahitur. Itaq; & iuuenes
q̄ ſenes & ægri q̄ ſani facilius credunt. Pedagogo tamen ut aiunt parebat cato:omniaq; faciebat illius iuſſu.
Singulorum uero rationeſq; ab eo afflagitabat. Erat illi pedagogus Sarpedon homo comis atq; urbanus
& qui uerba magiſquam uerbera i promptu haberet. Puer adhuc cum eſſet Cato.latini ſummo ſtudio co/
nati ſunt:ut in ciuitatem reciperentur:qua de cauſa cum Pompedius ſcyllo uir militaris ſummæque inter
ſocios auctoritatis propter amicitiam:quæ ſibi cum Druſo erat:domi eius multos dies obuerſaret̃:pueriſ/
que familiarior factus eos rogaſſet:ut ſocius populi Ro.in impetranda ciuitate apud auunculum iuuaret̃
cæpione id ſe facturum comiter ſignificante:cato conſtanti uultu ſe nunquam facturum reſpondit. Cum
uero ſæpius atq; iterum interpellatus & nihilomagis flecteretur:Pomdedius in excælſam ædium partem
leuatum inde obiecturum ſe illum niſi precibus annueret:comminatus : eſt atq; ita manibus ſuſpenſum
efferens minaci uultu & acerba uoce concuſſit:neq; tamen ab incepto mouere illū potuit. Itaq; deponens
eum pompeius ad ſocios conuerſus:gratulemur inquit nobis hunc eſſe:puerum qui ſi uir eſſet:nullo mo/
do ciuitatem ſperare liceret:A quodá ex cognatis ad cœnam in natali uocatus:cum cæteri pueri in quadá
parte ædium luderét admixti ſimul minores & maiores natu(erát autem eorum ludi iudicia & accuſatio/
nes & detruſiones in carcerem)uno ex pueris forma inſigni:qui a maiore in cubiculū deductus & per uim
incluſus erat:uociferante:cato intellecta rei fœditate cucurrit ad hoſtiū:atque his qui aditum prohibebát
ui deiectis pueꝝ eduxit.itaque incenſus domum abiit cæteris pueris una ſecum habeuntibus ita uero inter
pueros clarus erat:ut cum.L.ſcylla equeſtrem ludum quem Troiam uocát edere ſtatuiſſet:ac delectis pa/
triciis pueris duos præfeciſſet:alterumq; pueri acceptarent gratia matris(erat enim filius Metellæ uxoris
ſcyllæ)alterum uero qui Pompeii nepos erat ſextum nomine nec recipere neq; ſub eo ludere uellent:inter
rogati a ſcylla quem ſibi ducem optarent:omnes uno ore catonē depoſcerunt:quin etiam ipſe ſextus ſeſe
ultro catoni ſubmiſit. Erat.L.ſcylla catoni ac fratribus p̃nus amicus:q̃re ſæpe illos ad ſe uocabat:& inter
ſuos hēbat:pauciſſimis hūc honorē familiaritatis ꝑ iſolētiá tribuēs. Grate igit̃ hoc accipiēs ſarpedō : pluri/
mūq; exiſtimás huiuſmodi amicitiá pueris cū ad honorē tū ad ſecuritatē conducere: freq̄nter ducebat eos
ad ſcyllam:cuius domus per id tempus nihil a carnificina quadam differebat. Erat tū Cato quattuordeci
annoꝝ uidenſq; ceruices clarorum uirorum ad ſcyllam deferri:atq; eos qui aderant clanculum miſereri a
ſarpedone quæſiuit:cur hunc talem uirum nemo trucidaret. Reſpondente pedagogo quia plus timent
ſcyllam homines quam oderit. Quamobrem mihi inquit gladium nō dabas.ut patriam ſæuo huius do/
minatu liberarem? Hæc cū audiſſet ſarpedon:& ſimul acritatem uultus conſpexiſſet:uſq; adeo teritus e

ut reliquo tempore diligentiſſime puerum obſeruaret:ne q̄d temere contra Scyllã moliret̃.Paruulus quẽ
maxime amaret:rurſus ac ſæpius eodẽ mõ iterrogatus ſemꝑ fratrẽ reſpõdẽdo iterrogantẽ fatigauit.Sum
pta deinde uirili toga magis cõfirmauit erga fratrem beniuolentiã:uſq; ad uigeſimum ætatis annũ nunq̃
ſine fratre cœnabat:nec ꝑegrinabat̃: nec ĩ cãpum deſcẽdebat:cũ tamẽ frater ungeret̃ ipſe ueniã poſtulabat:
in cæteris quæ ad uictũ ꝑtinent:durus erat atq; ſeuerus.Cæpio itaq; cum ipſe ut cõtinẽs moderatuſq; lau
daret̃:nõ deſinebat p̄dicare ſe fortaſſe talẽ uideri:ſi cũ aliis cõparet̃.Veꝝ ſi cum meo Catone inq̄t: cõparor
nihil mihi a Sippo uideor differre.Erat aũt Sippus q̄dã ꝓpter molliciem atq; luxuriã apud Romanos no-
tatus.Inde ſacerdos Apollinis factus a fratre migrauit cẽtum uigiti talentis in diuiſione bonoꝝ paternoꝝ
acceptis:& Antipatrũ Tyriũ ſtoicæ diſciplinæ hoĩem ſibi familiarẽ cõiunxit:ac moralibus ciuilibuſq; p̄ce-
ptis in hærens cum oẽm uirtutis ſpeciem ĩgenue amplexaret̃:egregie tamẽ honeſtatem ſeueritatẽq; ada-
mauit.Eloquẽtiæ uero ea de cã operã dedit:ut philoſophiæ p̄ceptis aliq̄d roboris neruorũq; in agendo cõ-
ſultãdoq; adiũgeret.Nõ tamẽ cũ cæteris iuuenibus exercebat̃:nec audiri a quoq̃ uolebat.Qua de re cũ q̄dã
eum reꝑhenderet:diceretq;:ĩprobãt hoĩes hãc taciturnitatem tuã:Cato:ut libet inq̄t:dũmodo uitã nõ im
probent.& addidit:ego uero tunc demũ hãc taciturnitatẽ meã abrũpã:cum talia dicere uelabo:q̃ non ſint
digna taciturnitate.Erat baſilica q̄dam Porcia quã magnus Cato in cẽſura ediderat eius baſilicæ tr.pl.quo
niã in illa ius dicere cõſueuerãt:calũnã: q̃ ſellas eoꝝ ĩpedire uidebat̃:decreuerãt tollere uel in alium locum
trãſferre ea res Catonẽ licet inuitum prima in cãpum deduxit.Opponẽs nãq; ſe tribunoꝝ uolũtati:& uim
dicendi ſuã ac prudentiã oſtẽdens:uniuerſos ciues in admirationẽ cõuertit.& enĩ ſermo eius nihil iuueni-
le neq; cõptum habebat:ſed erat rectus plenus & durus:quinimo gratia quædã & attẽtio inerat breuitati
ſententiaꝝ:moſq; eius orationi admixtus uoluptatem & riſum quẽdam honeſtum audiẽtibus afferebat.
Vox aũt multa & abundãs tonum habebat ĩfractum inexauſtũq;.Per uniuerſam ſæpe diẽ inceſſanter lo-
cutus ſine laſſitudĩe deſinebat.Tum itaq; cum ea in cauſa ſuperior fuiſſet:rurſus ad ſilentium rediit: ac in
gymnaſiis ſe exercens aſſuefecit corpus tolerare calores & niuem detecto capite:iter cõficere ſine uehiculo.
Cum uero amici qui una iter faciebant:equis ueherẽtur:ſingulos ſæpe adiens & pariter cum illis ambulãs
loquebatur pedibus ipſe uadens:cum illi ueherẽtur.Admirabilis uero tolerantiæ tunc erat maxime:cum
aduerſa ualitudine laborabat.Febri enim oppreſſus ipſe ſolus degebat: nec ullum ſecum eẽ patiebatur: do
nec releuationem certam ſentiret:in cœnis autem partes ſortiebatur:quod ſi non obtineret:amicis ipſum
prius capere iubentibus dicebat:non bene ſe habere inuita uenere.Ac ſemer quidem præpotus ibat ad mẽ
ſam.Deinde ita perſtabat ut ſæpe cũ amicis ad aurorã uſq; in potationibus uigilaret.Cauſam huius rei cre
dunt fuiſſe negocia publica:in quibus per totos dies occupatus atq; ita amicos conuenire & cũ illis uerſari
prohibitus:per noctem atq; potũ cum eiſdẽ eſſe cogebatur.Itaq; cum Mẽmius quidã dixiſſet totas noctes
Catonem ebrium eſſe:reſpondit Cicero: Ad illud nõ addis:eum dies totos ad aleã ludere? Omnino ætatis
ſuæ moribus ſe oppoſuit:utpote improbis & a quibus cõtraria uia eundum cẽſebat.Itaq; cum cæteris ho
minibus purpureã ueſtem ſaturatã murice atq; rutuli coloris placere uideret:ipſe fuſcã gerebat:iterdũ ue-
ro nudis pedibus & abſq; tunica in publicũ ꝓdibat:nõ gloriã aliquã ex hac nouitate captans:ſed ſeipſum
aſſuefaciẽs obſcœnis rebus dũtaxat erubeſcere:cætera uero ut ignobibilia aſpnari.Ex hæreditate uero Ca
tionis nepotis cũ centũ talẽta ad eum perueniſſent:pecuniã ex ponis redacta ſine ullo fœnore ĩdigentibus
mutuabat.Deinde cũ iam tẽpus ſibi uiſum eſt matrimonii contrahendi: nulla muliere ante id tempus co
gnita Lepidã uxorẽ accepit:quæ prius Scipioni Metello deſpõſata renunciante Scipione & uadimonii pœ-
nas ſoluente tunc libera erat.Eam cum accepiſſet Cato:pœnitentia ductus Scipio rurſus illam acceptauit.
Hac re uehementer cõmotus atq; infenſus Cato:decreuerat die Scipioni dicta iniuriã ulciſci : diſſuadenti-
bus tamen amicis ſe abſtinuit:& ira ſimul atq; iuuentute accenſus iambos in Scipionẽ nõ ſine Archilochi
mordacitate citra tamen laſciuiã & obſcœnitatem conſcripſit. Atiliã deĩde Sarani filiã cæpit:uxorẽ: quam
mulierẽ dicitur primã cognouiſſe:nõ tamen eam ſolam cognouit:quẽadmodũ Lelius Cæpionis amicus:
Ille namq; in hoc fœlicior:qui unã tantũ in omni uita uxorẽ quam a prĩcipio duxerat:cognouit.Bello ſer-
uili:quod ſpartanũ appellant exorto:ſub Gello prætore uolũtarie militauit.Idq; fecit gratia Cæpionis fra-
tris:qui in eius exercitu tribunus militum erat:ſub quo quidẽ duce uirtutẽ quantũ cupiebat oſtendere nõ
mollicie tamen atq; corruptela exercitus audaciã fortitudinẽ ac decorẽ oſtendens:nihil antiquo illo Cato-
ne inferior apparuit.Sed cũ prætor uirtutis gratia eũ donare uellet:repudiatis muneribus & nihil a ſe factũ
quod honore dignũ foret teſtatus:in humane facere uiſus eſt.In petitiõe quoq; tribunatus legem:quæ cã-
didato nomẽ datores adeſſe uetat:ſolus ſeruauit:per ſeipſum appellãs populũ atq; alloquens:quæ res ipſis
quoq; laudantibus grauis erat:& eo magis ꝙ uidebant hoc genus laudis mutari non poſſe.Tribunus mili
tum factus ĩ Macedoniã miſſus eſt ad Rubriũ prætorẽ:cuius diſceſſum cũ uxor Attilia grauiter ferre uide
retur:atq; ob id lachrymaret:Munatium quendã ex catonis familiaribus ei dixiſſe ferunt ut bonam ſpem
haberet:nã ſe catonẽ illi cuſtodituꝝ:cuius uerbis cato tunc præſens cũ arriſiſſet:poſtea unius diei iter pro-
fectus uocatũ ad ſe Munatiũ monuit fidẽ Attiliæ ſeruaret:nec uſquã a ſe diſcẽderet:atq; ita ex eo die binos
lectos ĩ eodẽ cubiculo ſtreni iuſſit:ipſumq; Munatiũ iuxta ſe accubare nõ certe cuſtodiẽtẽ.ſed certe cuſto-
ditũ.Proficiſcentẽ catonẽ quindeci ſerui:duo liberti & quattuor amici ſecuti ſunt:qui cũ equis ueherentur
cato ipſe pedes cũ ſingulis loquẽs pariter gradiebatur.Vbi uero in caſtra uentũ eſt: ex legionibus quæ illic
erãt:uni præfectus a prætore:nequaq̃ magnificum putans ſe dũtaxat bonum præſtare:milites ſibi pares ef
fice e contendit:nõ timore aliquo iniecto:ſed uerbis ac rationibus eos caſtigans . Difficile igitur dictu eſt:
utrũ humaniores uel fortiores & an ferociores uel iuſtiores ſua eos diſciplina effecerit:feroces quidem ad-

uerſus hoſtes:humanos uero erga ſocios:timidos ad iniurias īferendas:ꝓmptos ad laudes adipiſcēdas red
didit.Sed qđ minime q̄rebat id maxime factum ē:ut ſummā gratiā apud milites aſſequeret̃.Nam una la/
borādo:& ueſte & uictu atq; īceſſu militari magiſq̄ ducis utēdo.Clam ac latēter beniuolētiā exercitus er/
ga ſe maximā cōcitauit.Vere.n.uirtutis zelus nō fit niſi p ſummā dātis beniuolentiā & honorē:q uero ſine
amore laudāt bonos:ii reuerent̃ qdem famā ipſoꝝ nō aūt uirtutem admirant̃:neq; imitāt̃.Inter hæc cum
audiſſet Athenodoꝝ cognomine Cordilionē ſtoicæ diſciplīe hoīem Pergami cōmorari:& iā ſeneſcentem
regū ac prīcipum familiaritateſ amicitiaſq; refugere:nō putauit Cato p litteras atq; nūcios qcq̄ ſe ꝑfectuꝝ:
ſed cum p leges duos mēſes liceret ei abeſſe:trāſgreſſus ī Aſiā hoīem adiit:flexitq; eius aīum & ex ſnīa deie
cit:effecitq; ut ſe ī caſtra ſequeret̃.Lætus atq; gloriabundus uelut īgentē adeptus palmā & multo clariorē
q̄ Pompeius aut Lucullus:q tunc uniuerſi orbis reges nationeſq; ſubigebāt:Nondū finierat militiæ tp̄s:cū
frater eius Cæpio in Aſiā ꝓficiſcens:circa Thraciā īcidit in morbū:qđ cum p litteras nūciatum eēt Catoni.
Licet & mare undoſum foret:& nauis aliqua idoneæ magnitudinis nō adeſſet:tamē paruā nauiculā cum
duobus familiaribus & tribus ſeruis cōſcendens:in Teſſalonicā nauigauit:nec multū abfuit qn mari obrue
ret̃:fortuna tamē q̄dā ex īgenti piculo ſeruatus.Cū fratrē iā mortuū reperiſſet:grauius ferre uiſus ē:q̄ phi/
loſopho cōueniret.Nō ſolū.n.lamētationibus & plāctu & mæſticia:ſed ſumptu funeris īmodico exq̄ſitiſq;
uaporibus & p̄cioſis ueſtibus corpus cremauit.Sepulchrū illi fecit in ipſo Emeoꝝ foro lapide thaſio talen
toꝝ octo.Hæc aūt nōnulli carpebāt pp cæterā catonis ſeueritatē:nō attēdentes q̄tum in illa aduerſus uolu
ptatem timorē & īpudētes p̄ces īflexibili duritie humanitatis affectiōiſq; iniſſet:ibi cū ciuitates & potētes
dona ampliſſima ꝓ honore defuncti miſiſſent:pecuniis oīno repudiatis:thura ſolū & ornamēta ob hono
rem illoꝝ q mittebāt recepit.In diuiſiōe hæreditatis q̄ ad ipm & ad filiā Cæpiōis obuenerat:nihil ex his q̄
in funere expendiderat:deduxit.Finito tpe ꝓuincia abeuntem nō uotis(ut fieri ſolet)ſed lachrymis & īſa/
tiabili amplexu milites ꝓſequebant̃:ſteruentes ueſtes per ea loca qbus ipſe pedibus iturus erat:manuſque
obſculātes:quod genus honoriſ nō niſi imperatoribus idq; ppaucis eo tpe tribuebat̃.Cum uero īſtituiſſet
anteq̄ ad rēpu.ſe cōferret:in Aſiā ꝓficiſci:& mores hoīum uireſq; ꝓuinciaꝝ agnoſcere:ſimulq; ut regem
Deiotaꝝ hoſpitē paternū id ſummope ab eo poſtulātem cōueniret:hoc mō pegrinationē cōfecit.Præmit
tebat ſummo mane piſtorē & coquū ad ea loca ad quæ diuerſus erat:q cum ſumma continentia atq; ſilen
tio urbē intrantes:ſi nullus Catonis hoſpes paternus amicus ibi eēt:in diuerſorio ſi haberi poterat:neceſſa
ria p̄parabant ſine ulla cuiuſq̄ cōmoditate.Si uero nō erat diuerſorium:tunc magiſtratū adeuntes hoſpita
litatē poſtulabāt:& quācūq; ſibi a magiſtratibus traditā capiebāt.Ac ſæpe qdem euenit ut fide non habita
illi quos p̄miſerat a magiſtratibus cōtēnerent̃:qa nō inſolenter neq; minitando petebant:Itaq; īterdū nul
la p̄paratione facta Cato ſupueniebat.Ipſe inſup a plærīſq; cōtēptui habitus: ob magnitudinē curaꝝ ſæpe
tacitus ſedens:& ob id ſpeciē hoīs ignaui ſecordiſq; præ ſe ferens.Nōnunq̄ tamē ad eos conuerſus monere
ſolebat:ut ceſſarent ab hac īproba hoſpitalitate:nō enim ſemp catones ad ipſos uenturos:cōprimerent ſua
libertate eoꝝ licentiam:qui occaſionē quærerēt ab inuitis extorquendi:quaſi a uolētibus obtinere nō poſ/
ſint.In Syriā uero cū ueniſſet:ridiculū quoddā ferunt ei cōtigiſſe.Nā Antiochiæ appropinquās:offendit ī/
gentē multitudinē uario ornatu atq; ſertis obuiā extra portā effuſam.Ephebi in chlamydibus:pueri ī alio
ornatu ſeparatim cōſiſtebat.Sacerdotes & magiſtratus puras ſtes & nōnulli ſerta gerebāt.Opinatus igitur
hunc honorē ſibi a magiſtratu p̄paratū.Grauiter ferre cœpit:& eos quos p̄miſerat increpare:qui talia fieri
nō ꝓhibuiſſent:iuſſitq; familiares ex equis deſcēdere & pedibus una ſecū iter facere.Qui cū magis appro/
pinquaſſent:unus ex his qui turbā Antiochenſiū & ordines atq; ornatū diſponebāt uir iā grādior natu ba/
culū manu & ſertū in capite geſtans:obuiā catoni factus ſine ulla honoris uel reuerētiæ exhibitione:quan/
tū abeſſet Demetrius:pcunctatus eſt cunctis ferme hominibus per id tēpus in Pōpeiū conuerſis:ſummoī
honore ēt Demetrius ſeruus eius:quoniā multū apud illum poterat:habebat̃ Ex ea re tantus riſus ſocios
catonis inuaſit:ut ſe nullomodo cōtinere inter multitudinē ambulantes poſſent.At cato ipſe uehementer
cōmotus o miſerā inquit ciuitatē:nec quicq̄ amplius locutus eſt.Poſteriori aūt tpe ſolebat ipſe quoq; me/
morando atq; narrando ea quæ tunc ſibi accidiſſent:ridere.Veꝝ hoīes qui per ignorantiā illū neglexerāt:
paulopoſt ī admirationē eius ab ipſo Pōpeio cōuerſi ſunt.Nā cū Epheſum ueniſſet:& pompeium (quoni/
am is maior erat natu maioriſq; auctoritatis)ſalutatū iuiſſet:ut cōſpexit illū pōpeius:nō paſſus eſt neq; ex/
pectauit:ut ſedentē ſe adiret:ſed aſſurgens extēplō quaſi cuidā maiori obuiā proceſſit:dexteraq; eius appre
henſa multa in ipſo cōgreſſu plura etiā poſt diſceſſum ī laudē uirtutum eius ſic enarrauit:ut qui audierūt
omnes in catonē conuerterentur:illa admirantes quæ pauloante cōtēpſerant:manſuetudinē ſcilicet & ma
gnanimitatē.Neq; pompeii obſeruantia obſcura erat:ſed manifeſtiſſime apparebat īſeruiētis magis eſſe q̄
amantis:idq; ex eo maxime ītelligebant hoīes ꝗ præſentē uerebat̃:& ob eius diſceſſum gaudebat:& cum
cæteros aduenas iuuenes prōptiſſime apud ſe detineret:cupetq; ſe ut ſecū adeſſent : nihil tale a catone Po/
ſtulauit:ſed tanq̄ ueritus potentiā eius libenter dimittebat.Soli ferme ex oībus q ad eū uenerant:filios atq;
uxorē cōmendauit:tum propter cæterā coniunctionē:tū propter neceſſitudinē.Ex hoc ſtudia ciuitatum ī
catonē accenſa inuitationes & cōuiuia certatī exhibita.Quibus in rebus ſæpe iubebat cato familiares ſuos
diligenter uidere:ne curionis uerbū a ſe confirmaretur:qui cū amicus quidē eſſet catonis: cæteꝝ infenſus
eius ſeueritati:ut audiuit in Aſiā profecturum:bene eſt inquit:nā mitiorē & humaniorē:Aſia illum nobis
remittet:Ab rege Deiotaro ut filios & filiā ſuā eidē cōmendaret uocatus:cum ipſe rex dona egregia ꝓtuliſ
ſet:uſq; adeo ſup ea re cōmotus eſt:ut cū ueſpe adeū ueniſſet:poſtridie circiter horā tertiā abiret.Profectus
etiā unius diei iter apud peſſimuntē maiora etiā dona ipſum expectantia offendit:& ſimul regis epiſtolam

q̄ rogabat:ut ſi ea dona cape ipſe nollet:amicis ſaltē q pp ſe bene merebāť habere:ut ꝓ amicis quoqꝫ ſat eēt.
Sed nec ipſe accipe uoluit:nec amicos (q̄q̄ nōnullos eoꝝ ſubq̄rentes cernebat) cape ꝑmiſit: affirmās omnē
largitionē uelamē hōeſtatis faciliter repire poſſe:amicos uero eius habituros ex iis q̄ ipſe iuſte poſſideat.In
Italiā rediturus:cū cineres Cæpionis fratris ſecū ferre decreuiſſet:amicis ſuadentibus ut ī alia naue huiuſ/
modi reliqas pōeret:potius animā ſuā a ſe ſeparatuꝝ reſpōdit.Et diciť qdē magno cū ꝑiculo ea nauis traie
ciſſe:cū cæteræ nihil ferme ꝑiculi paterenť Romā deīde reuerſus oē tp̄s aut domi cum Athenodoro: aut ī
foro cū familiaribus erat.Quæſtor uero factus nō prius magiſtratū inire uoluit:q̄ oēs leges q̄ſtorias ꝑlegiſ
ſet:&ab iis q eaꝝ ſciam habebāt recte atqꝫ ordīe ſingulas cognouiſſet.Itaqꝫ poſtea huiuſmōi magiſtratum
iniens magnā fecit cōuerſionē miniſtroꝝ & ſcribaꝝ:q ī eo ordīe uerſabāť:q cū leges & publicas ſcripturas
in manibus haberēt hoīes adoleſcētes:q eū magiſteatū gerebāt:ita gubernare ſoliti erāt:ut ipſi plane magi
ſtratus eſſent.Sed Cato q rē magis q̄ nomē aut honorē ſeq̄bať:ſcribas (ut par erat) miniſtroꝝ locū tenere
coegit:fraudes eoꝝ redarguēs:& ꝑ ignorātiā peccātibus qd agendū foret oſtēdens:Vt uero erāt īpudentes
& cæteros collegas adulādo ſibi aſciſcere conabāť & aduerſus Catonē repugnabāt:primū eoꝝ ut reū frau/
dis īhæreditate cōmiſſæ & īfidum ærario expulit:aliū uero tāq̄ iutilem negligentēqꝫ accuſauit.Quē cum
Lutacius Catulus cēſor uir magnæ auctoritatis & Catonis amicus defenderet:uictuſqꝫ rōnibus atqꝫ argu/
mentis apte poſtularet:ut ſibi reus donareť:erūpēs ī mediū Cato:turpe ē inqt Catule te q cēſor ſis & mo/
rum noſtroꝝ moderator eē debeas:ne ī miniſtris qdē nr̄is grauitatē ſeruare:Hæc dicētē ꝓſpexit Catulus
tāq̄ reſpōſurus:ſed ſiue ira ſiue uerecūdia ſilētia cōſedit.Nō tamē ī eo iudicio ſcriba ille remotus eſt:ſed cū
uno plures cōdēnarent q̄ abſoluerēt.M.Lollius collega:q ob ualitudinē abſens erat:gratia Catuli in lectica
ad ærariū ꝑlatus ſua illum ſnīa liberauit.Nūq̄ tamē adduci potuit Cato:ut eius ſcribæ opa utereť: neqꝫ ut
ſalariū ꝑſolueret:nec Lolliū in numero iudicū habēdum cēſuit.Ita ſcribaꝝ īſolētia a Catone repreſſa: dein
ceps eoꝝ miniſterio quēadmodū cupiebat:uſus breui tp̄e ærariū honeſtius q̄ curiā oſtēdit:ut oēs dicerent
ac ſentirēt cōſularem dignitatē q̄ſturæ adhibitā a Catone.Nā cū repiſſet multis rēp.d̄bere:multos ēt reip.
debitores eſſe:ab aliis repetens atqꝫ exigens:aliis uero ꝑſoluens oīum mentes erexit: & eoꝝ q nunq̄ ſolutu
ros ſe arbitrabanť:& eoꝝ q nunq̄ ut ſibi ſolbereť:expectabāt.Et cum antea rationes & decreta q̄dā admit
terenť falſo:multaqꝫ fierent ꝑ p̄ces & p̄cium nihil tale Catonem aufugit:ſed ſemel quodā decreto in dubiū
uocato:q̄q̄ multi teſtimonium ferrent nō credidit:nec prius recepit q̄ cōſules iureiurādo affirmarent ſe ei
decreto interfuiſſe.Erant multi quibus ob cæſos ciues.L.Scylla pecuniā dederat:& q̄q̄ oēs odio illos habe
rent pollutoſqꝫ arbitrarenť.Nullus tamen punire audebat.At Cato indignatione ſimul atqꝫ ratione com/
motus & īpium factum deteſtatus:ab oībus pecuniā tanq̄ īdebitā repetiit.Enim uero hac pecunia reſtitu/
ta ſtatim ꝑ iudicium factum uidebať:& q̄ſi prius cōdēnati in cām homicidii trahebanť: applaudente po/
pulo Ro.putāteqꝫ tunc Scyllā ip̄m dānatum uidere:tyrānidemue ex urbe depelli:Capiebat p̄terea populū
aſſiduitas ac diligentia Catonis.Nullus ex collegiis prior ad ærarium ueniebat:nullus poſterior abibat:
nulla cōcio nullus ſenatus habitus:qn adeſſet:timens ne hoīes ꝑ gratiā aut pecuniā aut uectigalia publica
cōdonarent.Cum itaqꝫ ærarium calūniis purgaſſet pecuniiſqꝫ repleſſet:docuit atqꝫ oſtendit licere reip.pe/
cuias habere ſine cuiuſq̄ iniuria.Et q̄q̄ in prīcipio magiſtratus q̄buſdā collegis odio fuiſſet:poſtea tamē ab
uniuerſis amabať:onus oīum ſuſcipiens cōtra largitionem atqꝫ grām.Nā cum qd poſtulabať:oēs ea rōne
p̄ces reiciebant:q nequiret id fieri contra Catonis uoluntatē.Erat Marcellus Catoni ab adoleſcentia fami
liaris & in hoc magiſtratu collega uir quidē bonus ſic catoni cōiūgereť:ipſe aūt ꝑ ſe ſic pronus ad gratiam
& ſic facilis ob pudorē ut nihil cuiq̄ petenti denegare ſciret.Extrema igiť die finito magiſtratu magna fre/
quentia ciuiū domū reductus cato:audiuit quoſdā potentes Marcelli familiares apud æratiū cōueniſſe: pe
tiſſeqꝫ a Marcello:ut gratioſe quædā ꝑſcriberet. confeſtim itaqꝫ ad ærariū regreſſus Marcellū offendit p̄ci/
bus uictū:oīa cōceſſiſſe:cū cato irrūpēs tabellas popoſcit:illaſqꝫ uidente ipſo Marcello atqꝫ ſilēte in p̄ſentia
eius deleuit.nec tamē ob eā rē familiaritas eoꝝ diſiūcta eſt:nec unq̄ Marcellus aduerſus catonē eſt queſtus
Poſt finitū quoqꝫ magiſtratū curā ærarii nō remiſit:ſed ſingulis diebus ſeruos mittebat:q ea quæ agerētur
ꝑſcriberēt:ipſe aūt libros in q̄bus rōnes publicarū pecuniaꝝ erant a Scyllæ tēporibus ī ſuā quæſturā ꝑſcri/
ptæ q̄nqꝫ talentis emit:ſempqꝫ eos tenebat in manibus.in ſenatu primus ueniebat:ultimus abibat:interdū
uero cū cæteri cogerenť:ipſe ſedens toga circa librū obducta legebat:nec unq̄ abfuit:cū ſenatus haberetur.
Quādoqꝫ ꝑ Cn.Pōpeii amicos tentatū eſt:cū iis quæ cōtra ius facere uolebāt:reſiſtentē uiderent:ſibi īpedi/
mentū aliquod iniicere:quo minus in ſenatu adeſſet.Quare aīaduerſa oīa ſemꝑ negocia poſthabuit:poti/
uſq̄ abeſſet.Neqꝫ.n.gloriæ cā neqꝫ lucri neqꝫ aliquo caſu ut plæriqꝫ ad rēp.ſe cōtulerat:ſed certo cōſilio uiri
boni.Quin etiā ꝓuinciaꝝ negocia & decreta & iudicia ꝑ hoſpites atqꝫ amicos ſibi nūciari ꝓcurabat.P.clo/
dio turbulentiſſimo ciue ſacerdotes ac uirgines ueſtales:īter quas Fabia Terētia erat ſoror Terētiæ cicero/
nis uxoris:apud populū accuſante ſuſcepta eoꝝ defenſiōe cato tantā accuſatori uerecūdiā iniecit:ut cogere
tur urbē relinquere.Qua de re cū.M.cicero catoni gratias ageret:non ſibi ſed reip.inquit gratias agendas
cuius cā iſta feciſſet.Ex hoc magna erat catonis apud ciues Ro.auctoritas:ut etiā orator q̄dam in dicendo:
cū unico teſti nō eſſe credendū diceret:nec ſi cato inquit is foret:Plærūqꝫ etiā ad res incredibiles quaſi pro/
uerbii loco reſpōdebať:nec ſi cato ipſe diceret:fidē eſſe adhibēdā:& aduerſus ꝑditū adoleſcentē uerba ī ſe/
natu facientē de honeſtate & cōtinentia aſſurgēs amicus:quis te inquit ferat cœnātē ut craſſus : ædificantē
ut Lucullus:loquētem nobis ut cato:cæteros quoqꝫ prodigos atqꝫ luxurioſos cū quid ſeuere de cōtinētia
loquerenť deriſiue catones appellabant.Multis catonē adhortantibus ad tribunatū plæbis petendū : non
putauit conuenire:ut potentia tanti magiſtratus in tp̄e nō neceſſario cōſumeretur.In Lucaniā itaqꝫ per id

tempus cum ocium ſibi a republica foret cum liberis &familiaribus(Habebat.n.illic uillas ſatis amœnas)
ꝓficiſcenti multitudo hoium cũ uehiculis & ĩpedimẽtis fit ſibi obuiã:ex qbus ĩtelligit Metellum nepotẽ
Romã redire a tribunatũ.Perſtitit ergo aliquãtulum tacitus:ac ſubito ĩ urbẽ regrediẽdum eẽ dixit:admi/
rantibuſqꝫ ſociis Metellus inqt ꝑ ſe ipſe formidoloſus eſt:& nunc ex Põpeii uoluntate redit:ut q̃ſi fulmen
reẽpublicã feriat.Nõ eſt igit̃ ocii tp̃s neqꝫ ruſticatiõis:ſed huic oĩa turbare cupiẽti reſiſtẽdũ eſt:aut ꝓ liber/
tate oppetẽdum.Extorſerunt tamẽ familiares:ut uillas aduſqꝫ ꝓgrederet̃:ſed breue tp̃us cõmoratus:cum
ad ueſpas ĩ urbẽ rediſſet:poſtridie ſummo mane ĩ cãpum deſcẽdẽs tribunatũ petiit:ut Metelli conatus re
frigeret.Ius.n.tribunitiæ ptãtis magis ad ĩpediendum eſt:q̃ ad agendũ:qppe cæteris oĩbus collegis uolẽti/
bus unus q nolit & ſe oppõat plus põt.Prĩcipio igit̃ pauci ex familiaribus:deĩde eius ſnĩa latius patefcta oẽs
boni Catonẽ ſeq̄bant̃:cæteroſqꝫ ad mãdãdum Catoni tribunatũ plæ.cohortabãt̃:utpote q nõ honorem
q̄reret:ſed operã ſuã patriæ offerret:q cũ liceret ꝑ ociũ gerer̃ magiſtratũ noluerit:nunc uero ꝓ republica ac
libertate nõ ſine ꝑiculo certaturus petat:ferũt tãtã fuiſſe multitudinẽ ſuffragãtiũ ſibi:ut ĩter ſtudia hoĩum
ꝑſſus ĩ ꝑiculo fuerit:uixqꝫ habuerit facultatẽ ſeſe a turba explicãdi.Creatus igit̃ una cum Metello cæteriſqꝫ
tribunus plæ.cum aĩaduertiſſet comitia cõſularia uænalia eſſe ĩcrepuit uehemẽter populum Ro.& in fine
oratiõis ſuæ iureiurãdo teſtatus eſt:ſeſe qcũqꝫ largitionem faceret:ei diẽ eſſe dictuꝝ.Excepit tamen Scylla/
num q ſororem eius Seruiliã habebat pp neceſſitudinem:quã ob cãm hunc p̃teriens.L.Murænã ambitus
accuſauit:qꝫ ꝑ largitionem obtinuiſſet:ut una cũ Scyllano cõſul deſignaret̃.Dabat lex reo ut cuſtode quo/
dã apud accuſatorem poſito:cuncta ſentiret q̃ ille attentare:ut nihil clã neqꝫ inopinate ad iudicium afferre
poſſet.Miſſus igit̃ qdã a Muræna:q Catonem obſeruaret:ut intellexit Catonem nihil inimico aĩo gerere:
neqꝫ iiuſte quiq̃ tentare:ſed ĩgenue & humaniter ſe ad cãm cõparare:uſqꝫ adeo moribus Catonis credidit
ut relicta obſeruãtia illa cõtinuo ſæpe ĩ foro aut domi Catonem adiret:ab eoqꝫ ꝑcunctaret̃:an ea die quicq̃
qđ ꝑtineret ad accuſationem foret acturus:ac ſi Cato negaret cõtinuo abibat.Cum uero tp̃s dicẽdæ cauſæ
ueniſſet:Cicero q ꝑ id tp̃s erat cõſul:Murænã defendit:uariis modis:ſtoicos philoſophos & iſta q̃ appellãt
paradoxa illudens:ex quo cum multum riſum iudicibus inieciſſet:ipſe quoqꝫ Cato ſubridens illis q iuxta
erãt:dixiſſe fert̃:dii boni q̃ ridiculum cõſulem habemus.In eo iudicio Muræna abſolutus non inimicum
ſe p̃buit Catoni:ſed ĩ cõſulatu geſſit oĩa ex catonis uoluntate:& ĩ cætera uita illum obſeruauit:atqꝫ eius iu/
dicium ſecutus eſt.Erat cato ĩ ſuggeſtu qdem grauis atqꝫ terribilis iuſticiæ cuſtos:ĩ cæteris uero moribus
mitiſſimus atqꝫ humaniſſimus.Prius tamẽ q̃ tribunatum iniret:multa geſſit ꝓ republica.p̃cipuum uero
qđ fuit rebus magnis atqꝫ ampliſſimis a Cicerone geſtis finem p̃claꝝ ĩpoſuit.Nã.L.Catilina coniuraſſe ad
ꝑniciem reipublicæ cõuictus a cicerone ex urbe migrauit.At Lentulo cethego cæteriſqꝫ cõiuratis q domi
remãſerãt urbemqꝫ ĩcendere & rebellionibus belliſqꝫ cõcitatis ĩperium delere parabant:deꝑhenſis: quẽad
modum in ciceronis uita ſcriptum eſt:agitabat̃ in ſenatu qđ de illis ſtatuendum eſſet.Cenſebat Scyllanus
eos ultimo ſupplicio afficiendos eſſe:huius ſnĩam plæriqꝫ ſequebant̃.At cæſar reꝝ nouaꝝ cupidus mate/
riãqꝫ ad illa q̃ iam mente cõceperat quærens:necandos ſine iudicio nullo mõ cenſebat ſed in carceribus ha
bendos.Hæc cæſaris ſententia miti & compoſita oratione explicata ſic mentes oĩum flexerat:tãtũqꝫ timo
rem ſenatu iniecerat:Vt Scyllanus ſententiam ſuam interpretaretur:quaſi nec ipſe cenſuerit morte affici/
endos:ſed carcere quod eſſet Romano uiro extremum ſupplicium.Facta igit̃ tãta conuerſione ſentẽtiaꝝ:
oĩbuſqꝫ in mitiorem & humaniorem ſnĩam ĩclinãtibus ſurrexit Cato:& ĩ prĩcipio orationis ſuæ.M.Scyl/
lani oratione reprehenſa:aduerſus cæſarẽ ſuſpicionẽ induxit:quaſi ſub populari ſpecie &mitti ſententia rẽ
publicã euertere uellet:ac ſenatui formidine incuteret:cũ timere ipſe deberet:& bene ſecũ agi putare:ſi ipu
ne talia patraſſet:nõ inſuper tãta impudentia paricidas defenderet:nec patriæ uix a tanto periculo ſeruatæ
mi ſereret:ſed eos quos oportebat nũq̃ eſſe natos:cõploraret:cũ tamẽ eoꝝ crimina fateretur grauiterqꝫ fer
ret:ſi perditi hoĩes a cæde atqꝫ incendio reipublicæ ſuo ſupplicio liberarent̃.Hãc ſolã oratinnẽ catonis ſer/
uatã ferunt:cicerone conſule uelociſſimos ſcriptores deponẽte atqꝫ docẽte ut ꝑ ſigna quædã & paruas bre
ueſqꝫ notas multaꝝ litteraꝝ uim habẽtes dicta colligerent:nõdũ enĩ reperti erat ii qui notarii appellãtur:
ſed tunc primũ huius rei ueſtigiũ ferunt extitiſſe.Vicit itaqꝫ catonis ſententia aſſenſuſque eſt illi ſenatus:ut
de cõiuratis ſuppliciũ ſumeret̃:& ſi oportet ne parua quidẽ ſuoꝝ moꝝ ſignã prætermittere:ut tanq̃ picto
res animi eius figurã exprimamus:ferunt dũ magna eſſet inter catonẽ cæſarẽqꝫ de ſupplicio cõiuratoꝝ in
ſenatu contentio:intuente eos uniuerſo ſenatu litteras cæſari in curiã allatas fuiſſe.Quod cũ aĩaduertiſſet
cato:putaretqꝫ ꝑ aliquẽ de cõiuratis eas litteras cæſari miſſas:clamare ĩcepit ac poſtularẽt ut publice recita
rentur.At illa erat epiſtola ab ſeruilia ſorore catonis cæſari ſcripta paꝝ quidẽ pudice & amatorie:ac ne pu/
blice legerẽtur cæſar ſibi legẽdas porrexit:quas cũ legiſſet cato in:cæſarẽ ſtatim eas reiecit:& inquit capias
ebrie:atqꝫ ita ad ſermonẽ quẽ inſtituerat reuerſus eſt.Paꝝ oĩno fortunatus uidet̃ fuiſſe cato circa pudicitiã
fœminaꝝ.Nã & Seruilia ſoror(ut dictũ eſt)a cæſare corrupta putabatur:ac de alia Seruilia huius ſorore ni
hilo fama melior.Nupta eni Lucullo ſumo uiro:cũ pueꝝ ex eo peperiſſet:ꝓpter libidinem ab eo repudia/
ta eſt:cato cũ iã duos filios ex eadẽ ſuſtuliſſet:poſt diuortiũ Attiliæ martiã philippi filiã duxit uxorẽ.Hæcẽ
Martia de qua tã multa ferunt̃: Quãq̃ ut in fabulis ita in hac parte catonis uita incerta atqꝫ obſcura eſt.At
tãmen ut Thraſeas ſcribit:qui huiuſce rei Munatiũ familiarẽ catonis atqꝫ in uita comitẽ habet auctorẽ:ita
geſta res eſt.Inter multos catonis amicos uirtutẽ eius maxime admirantes & aliis alios magis affectos ma
giſqꝫ præ ſe beniuolentiã caritatẽqꝫ ferẽtes in primis fuit.Qu.Hortẽſius qdẽ uir clarus atqꝫ humanus q cũ
optaret nõ ſolũ amicus & familiaris eſſe catonis ueꝝ neceſſitudinem cõiũctionẽqꝫ totius familiæ admiſce
re ſuadere perrexit.ut portia catonis filia:quæ Bibulo erat nupta atqꝫ ei duos iam filios peperat: ſibi uxor

